BIBLIOTHECA
COMMENTARIORUM
IN
SCRIPTORES
TAM GRAECOS QUAM LATINOS.

VOLUMEN I.

OPERA
C. SALLUSTII CRISPI
CURA
ERNESTI JULII RICHTER.

PARS I.

CONJURATIO CATILINARIA.

MONACHII,
IMPENSIS *E. A. FLEISCHMANN.*
MDCCCXXXVI.

VENIT
PARISIIS APUD *TREUTTEL* ET *WÜRTZ*, LONDINI APUD *BLACK* ET *ARMSTRONG*,
MEDIOLANI APUD *MEINERS* ET FIL., AMSTELODAMI APUD *SÜLPKE*.

IN

C. SALLUSTII CRISPI

OPERA

PRAETER FRAGMENTA OMNIA

COMMENTARIOS

VIRORUM ERUDITORUM CUM VARIIS LECTIONIBUS LIBRORUM TAM MANU SCRIPTORUM QUAM EDITORUM PRAESERTIM CODICIS ERLANGENSIS COLLEGIT, VITAM AUCTORIS ET NOTITIAM LITERARIAM PRAEMISIT, SUASQUE NOTAS ET INDICES ADJECIT

ERNESTUS JULIUS RICHTER,

AA. LL. MAG., PHILOSOPH. DOCT., SOCC. LITT. COMPLL. SOD., IN UNIVERSITATE ERLANGENSI PROFESSOR.

PARS I.

COMMENTARIUS

IN

C. SALLUSTII CRISPI CONJURATIONEM CATILINARIAM.

MONACHII,

IMPENSIS *E. A. FLFISCHMANN.*

MDCCCXXXVI.

LECTOR BENEVOLE.

Quum abhinc anno fere integro de consilio et ratione Bibliothecae Commentariorum in Scriptores tam Graecos quam Latinos in Prospectu, quem vocant, publico fusius egimus, eo officio nunc recte supersedere nobis videmur. Id solummodo profiteamur necesse est, bibliopolam, virum industrium, cui deesse noluimus curam Bibliothecae nobis demandanti, non dubium esse, quin omnia, quae huc usque obsteterant, impedimenta, quominus opus susceptum perficeretur, removerit nihilque non tentaverit, quo id effici posse visum erat, ut, Deo juvante, Teque, Lector benevole, propitio atque operae nostrae favente, Bibliothecae huicce Commentariorum fautores quam plurimi conciliarentur.

Nos vero, cur Sallustii opera Bibliothecae volumine primo complectenda statuerimus, nunc dicamus necesse est. Namque per decem, qui proxime praeterlapsi sunt, annos quum tot tamque splendidae operum Sallustianorum editiones publici juris factae sint, quot nescimus an nullius scriptoris veteris, quarumque nominasse satis habebimus Gerlachianam, Herzogianam, Kritzianam, illamque, quae opera Fabri, V. d., Norimbergae prodiit, nulli dubitare possumus, quin multi sint, qui opellam nostram qualemcumque supervacaneam esse inutilemque dicant. Quod si ita est, eo facilius Te adduci posse speramus ad Bibliothecae Commentariorum consi-

lium et rationem. Quo enim plures exstant scriptoris alicujus editiones, quoque majorem partem egregiae, ita ut difficile paene sit ad dijudicandum, quamnam ceteris praeferas, eo certius quoque sperandum est, fore, ut Bibliotheca nostra Lectores suos inveniat suosque fautores. Nam virorum eruditorum notas maxime idoneas e singula quaque editione excerpendo, ea, quae omissa esse videantur, addendo, atque varias lectiones quam diligentissime colligendo non est quod dubites, Lector benevole, quin utilem Tibi et commodum paraturus sis commentarium. Haec in propositis habet Bibliotheca Commentariorum, quam cum tironibus, tum ipsis praeceptoribus ea ratione acceptam fore arbitramur. Licet enim compertum habeamus, ut alibi dudum a nobis dicta repetamus, viros in legendo interpretandoque scriptore versutiores illis Adnotationibus, quas collegimus, magnam partem carere posse, fore tamen speramus, ut his quidem apparatus criticus, quem in Lectionibus variis dedimus, lectu collatuque videatur haud indignus. Eamque ob causam et ut Commentarii nostri facilius legi ac omnem quamlibet ad editionem commode conferri possint, Lectiones illas varias, id quod in editione nostra Fabularum Plautinarum a nobis factum esse viri docti laudaverunt, ab Adnotationibus sejungere, quam iisdem inserere maluimus. Nemo vero nescit, in scholis publicis neque omnes scriptores, neque singulorum scriptorum opera integra legi. Ita, qui exemplum adferamus, conjicere se ait Kritzius, vir clarus, ex narrationibus de rerum scholasticarum statu quotannis exhibitis, Sallustium rarius inter illos scriptores inveniri, qui superiorum ordinum civibus a praeceptoribus praelegi soleant, sed plerumque

privato industriorum adolescentium studio cognoscendum relinqui. Illorum tironum ea, quae ad scriptorem recte intelligendum necessaria sint, nullum ex Adnotationibus, quas in Commentarios nostros recepimus, non haurire posse, pro certo habemus. Verum id quoque quaerendum est, numne praeceptorum tironumque studiis opera a nobis aequa sit impensa. Namque haud pauci erunt, qui nos nubem Lectionum variarum congessisse aegre ferant. Qui quidem meminerint, nullius paene scriptoris veteris opera cum ab librariis ineptis priorum, tum ab editoribus vel negligentibus vel nimis audacibus posteriorum temporum magis interpolari magisve in deterius verti, quam scripta Sallustii nostri. Inde factum est, ut iis, qui nunc temporis operum Sallustianorum libros conferant, lectionum variarum multo major, quam in aliis copia notanda sit. Ad id accessit nobis quidem Codex Erlangensis, quem tam mala negligentia tamque prava religione huc usque contulere viri docti, ut eum a capite ad calcem evolvendo, legendo atque excerpendo magnam nos hominibus eruditis utilitatem praebere posse arbitraremur. Hoc vero non nisi aliorum quoque librorum quam plurimorum ratione habita fieri potuisse, Lector benevole, facile videbis. Neque id negamus, nos pro certo semper habuisse proque certo habendum esse censere, quod iis, qui sermonis sensum singuli cujusdam scriptoris interiorem sapere gestiant, ne illarum quidem lectionum variarum copia negligenda sit, quam inter nugas referre quidam solent. At alii aderunt, qui nos in Notis virorum doctorum eligendis nimis breves fuisse contendant. Ne omnia negando cuncta concedamus, hoc profiteamur necesse est, nos neque omnes omnium editorum adnotationes excerpere, neque illas, quae

excerpendae visae essent, i n t e g r a s *semper in commentarios nostros recipere voluisse. Haud pauci enim sunt, qui, sive suam eruditionem ostentaturi, sive lectorem nova semper docendi nimis cupidi, ad singulum fere quemque scriptoris locum interpretandum vel alienissima adferant. Neque desunt, quibus veteres immortalia eruditionis documenta ob id solummodo exhibuisse nobisque reliquisse videantur, ut doctrinae grammaticae, quam dicunt, subtilioris exempla inde haurire queant. Utrorumque notae aut prorsus omittendae, aut in brevius contrahendae erant. Inde factum est, ut Commentarius noster in conjurationem Catilinariam hac qualicumque forma nunc prodeat. Bene equidem scimus, librum nostrum neque lectores perquam multos inventurum esse, neque omnibus, qui eum lecturi sint, placere posse. Itaque multum atque diu verecundati sumus emittere opusculum hocce, quod, si in potestate nostra esset, ut de integro rem retractaremus, limae et examini quam libentissime iterum iterumque subjiceremus. Verum si id denique accedere nobiscum reputamus, quod non possumus non pro certo habere, bibliopolam, virum industrium, sperare, fore, ut eorum, qui commentarium hunc legerint, voluntas non minimam certe partem suscepto operi conciliaretur, non sine magna animi sollicitudine publici juris fieri jubemus operam nostram, quippe verentes, ne iniquos judices inveniat. Verum tamen satis nos laetabimur, si arbitri intelligentes, quorum apud nos summa semper erit auctoritas, judicarint, nos aliquo certe modo id, quod praestare volueramus, consequutos esse. Vale, Lector, benevole! Scripsimus Erlangae ipsis Calendis Februariis MDCCCXXXVI.*

DE

C. SALUSTII CRISPI[1] VITA ET SCRIPTIS.

(Auct. Fr. Doroth. Gerlach.)

Vitam moresque scriptorum accuratius examinare cum antiquitus usitatum fuerit, nostra quidem aetate pervulgatum est, *ita ut* commentarios grammaticos scripturus facere non possit, quin hac de re subtilius disserat. Quantumvis enim manca atque incerta sint, quae de plurimorum Graecorum atque Latinorum auctorum vitis accepimus, tamen vel pauca illa testimonia, diligenter examinata, ad literarum monumenta illustranda aliquantum lucis affundere posse, quis est, qui dubitet? Rectum judicium de scriptore ut facias, non solum

1) C. Salustii Crispi. Gerlachius ubique exhibet C. Salustius Crispus, nec, ut vulgo, C. Crispus Sallustius. Addit ea de re v. d. „Nominis et cognominis ordinem vulgatum mutavi, auctoritate Taciti et Asconii Pediani permotus; quibus accedit auctor de bello Africano. Cfr. Ascon. Pedian. Comment. in Ciceron. orat. pro Milone pag. 36. b. Edit. Aldina MDLXIII. „„„tres tribuni Q. Pompejus Rufus, C. Salustius Crispus, T. Munatius Plancus.““ Cfr. Tacit. Annal. 1., 6. 2., 40. 3., 30. Auct. de bello Afric. c. 8. Adde Horat. Od. 2., 2.; ubi in inscriptione libri meliores hunc ordinem re-

de ejus ingenio disputandum, sed etiam qualis animi indoles et quales mores ejus fuerint, explorandum est. Quam enim laudant orationis proprietatem in optimis scriptoribus, ejus origo non magis ad ingenii facultates, quam ad generosiores animi sensus atque affectus referenda est. Quibus cognitis multo rectius de variis scribendi generibus statueris. — Neque praeterit vel leviter his literis imbutos, quanto paratiores ad interpretationem accedant, qui exploratum habeant, quibus rebus inductus aliquis auctor se ad scribendum contulerit, aut quid potissimum in carmine, oratione aliove libro componendo spectaverit. Hoc quidem saepius ex ipsorum librorum argumentis posse cognosci, non est, quod fusius enarremus. Sed alii scriptores viris doctissimis multifariam hac de re disputandi praebuere materiem. Tantum enim abfuit, ut de auctoris consilio inter eos conveniret, ut potius alius aliter judicaret. Quis est, qui nesciat, quam varie V.V. D.D. de Horatii epistola ad Pisones statuerint? Quid Tacitus potissimum in libello de situ et moribus Germaniae secutus sit, etiamnum non pauci sunt, qui dubitent. De Platonis dialogis vero tam varia sunt philologorum et philosophorum judicia, ut si auctoris vita, ab antiquo grammatico accuratius scripta, aetatem tulisset, multorum errores refelli posse viderentur.

---

tinent, quem expresserunt Fea et Jaeck." cet. cet. Tenent eundem ordinem in hac carminis Horatiani inscriptione et alii quidam, e. c. Bothe in edit. Heidelberg. a. 1827; nec desunt editores operum Salustianorum, qui scribant C. Sallustius Crispus. Verum longe plurimi verba ipsius poëtae, quam inscriptionem recentiorum sequi malunt. Cecinit enim Horatius Nullus argento — — — Crispe Sallusti cet. Qui vv. dd. non adtendere videntur, et meliorum scriptorum latinorum usum, et optimorum monumentorum auctoritatem poscere, ut nomini cognomen postponatur. Eadem ex causa post Gerlachium praeter alios Kritzius quoque recte exhibet C. Sallustius Crispus. In orthographia vero nominis ni-

Sed clarorum auctorum vitas enarrare, ut serius apud Graecos atque Romanos in usum venit, ita saepius in his libris desideratur diligentia atque accurata veri investigatio. Nam cum eorum, qui rebus praeclare gestis magnam sibi gloriam paraverint, tot tantisque erroribus sit implicata memoria, quid tandem in literatis hominibus factum esse putaveris, qui saepius remoti a rebus publicis se ad literas atque scribendi studium contulerunt? Ipsa argumenti tenuitas fabularum atque commenticiarum narrationum causa fuisse videtur. Excogitanda enim erant, quae tanta ingenii gloria digna viderentur, seu certe novitate quadam legentium animos adverterent. Accessit saepius seriorum criticorum malignitas, qui clarorum ingeniorum laudibus obtrectare judicium atque acumen habuerunt. Inde facile intelligas, multa cum circumspectatione esse examinanda, quae ad illustrium scriptorum vitas pertineant. Id quod saepius neglectum multorum errorum causa fuit. Salustius quidem vitae scriptorem habuit virum gravissimum atque diligentissimum, Asconium Pedianum 2). Sed hoc

---

hil mutandum esse, idem ille locus Horatianus docere videtur. Gerlachius quidem, Salustius scribens pro Sallustius, addit, multis antea laudatis inscriptionibus, quarum aliae, eaedemque plurimae, Sallustius, aliae Salustius exhibent: „Quid quod etymologia, ut etiam hanc artem ad partes vocemus, idem docere videtur? Nam Salustius haud dubie a salus derivandum, ut Rustius a rus," eique adsentire videtur Herzogius, primam hujus nominis syllabam, sive simplici, sive geminata „l" scriptam, semper brevem esse statuens. Neminem tamen fugit, Horatium, metro Sapphico usum, non potuisse dicere Nūllŭs ărgĕntō — — — Crīspĕ Sălūstī pro Nūllŭs ărgĕntō — — — Crīspĕ Săllūstī. cet. cet. Adde l. l. Horat. Sat. I., 2., 48.

2) Salustius quidem — Asconium Pedianum. Q. Asconius Pedianus, Patavinus (cf. Sil. Ital. XII., 212. Voss. de histor. lat. p. 134.), rhetor atque grammaticus, Romae floruit sub imperatoribus Tiberio et Vespasiano. Constat enim, Vir-

libro deperdito, ex variis veterum grammaticorum commentariis et seriorum scriptorum historiis 3) sunt colligenda, quae ad ejus vitam illustrandam pertinent. Ex his quae probabilia esse videntur, paucis exponam.

---

gilium Asconio juveni haud ignotum fuisse, (cf. Servii et Philargyr. notas ad Virgil. Eclog. III., 105, IV., 110.) eundemque, inde ab aetatis anno septuagesimo tertio oculis captum, anno demum v. s. octogesimo tertio mortuum esse, narrat Hieronymus in Chron. Euseb. ad Olymp. CCXIII, 3. Sunt tamen, qui, hancce longaevitatem male interpretati, ex uno Asconio duos faciant, ut Scaliger ad Euseb. p. 184 ed. I. (pag. 200 ed. II.) et Voss. de hist. lat. c. 27. pag. 129. Qq. c. ll. cf. Fabric. bibl. lat. L. II, c. 6. tom. II, p. 66. sq., Saxe. Onomast. T, I. p. 248 sq. Vitae Salustianae scriptorem Asconium Pedianum nominat Acron (c. commentat. vet. Cruquii) ad Horat. Sat. I. 2, 41., ubi de vocibus ille flagellis add. leg. „hoc de C. Crispo Sallustio dicitur, qui, deprehensus ab Annio Milone in adulterio cum uxore Fausta, Sullae filia, flagellis caesus esse dicitur, ut refert Asconius in ejus vita."

3) Seriorum scriptorum historiis. Edd. l. pll. praemittunt vitam C. Sallustii Crispi, ab Joanne Clerico conscriptam. Eandem, notis, quae mores Sallustii imprimis spectant, illustratam, versioni suae gallicae addidit M. L. Abbé Thyvon (ed. Paris MDCCXXX. T. II. 8.) eorum vv. dd., qui Sallustio a jactis in ipsum probris defendendo student, facile princeps. Cf. q. ed. Bipont.; Roos, Bemerkungen über den moralischen Charakter des Sallust. Giessen 1788. 4.; ejusdem v. d. Versuche über die Classiker. Giessen 1790. 8.; Meierotto de praecipuis rerum Romanarum auctoribus. Berolini 1792; O. M. Müller, C. Crispus Sallustius, oder historisch kritische Untersuchung der Nachrichten von seinem Leben, der Urtheile über seine Schriften und der Erklärung derselben. Züllichau und Leipzig 1817; qq. c. cf. Nastii progr. de virtutibus histor. Sallustianae (in ejus opusc. Latin.) pag. 97 sqq. et Wieland. obss. ad Horat. sat. I. 2, 48. cet. cet. surrexit tamen contra hos J. Guil. Loebell. in l: Zur Beurtheilung des C. Sallustius Crispus. Breslau und Leipzig 1808. 8.

C. Salustius Crispus Amiterni in Sabinis natus fuit 4), C. Mario et L. Cornelio Cinna 5) coss. (U. C. DCLXVIII a. Chr. LXXXVI). Patre Plebejo 6) eum ortum esse, inde colligas, quod postea tribunus plebis factus est et ab eorum partibus stetit, qui optimatium auctoritatem infirmare studebant.

Quo tempore, patria relicta, Romam migraverit et quibus Graecarum Latinarumque literarum doctoribus usus fuerit, incertum est; sed jam a pueritia artibus liberalibus eum operam dedisse, facile credideris, quod juvenis admodum historiae scribendae consilium cepit 7). Sed si declamationis in

---

4) Amiterni in Sabinis natus fuit. Euseb. Chron. ad annum MDCCCCXXXI. Σαλούστιος ἐγεννήθη καλάνδαις ὀκτωβρίαις. Q. interpr. Hieronymus: „Crispus Sallustius scriptor historicus in Sabinis Amiterni nascitur.“ Amiterni ruinae etiamnunc exstant prope oppidulum S. Vittorino in sinistra ripa fluvii, olim Aternus, nunc Pescara dicti.

5) C. Mario et L. Cornelio Cinna Consulibus. Ita h. pp., sc. subintelligentes C. Marii septimum, L, C. Cinnae secundum consulatum. Jubent tamen alii, poni a. u. DCLXIX, a. Chr. LXXXV, sc. coss. L. Cornelio Cinna III., et Cn. Papirio Carbone.

6) Patre Plebejo. Recte addit Gerlachius: — „Fuerunt, qui eum patricio genere natum esse putarent, quod Dio Cassius eum τῶν Πανὺ γενναίων fuisse dicit. Lib. XL. cap. 63. Sed etiam plebeji homines nobiles fuerunt. Salustium vero ex eorum numero fuisse, non adduci possum ut putem. Cum enim ejus majores domicilium Amiterni haberent, summos honores non adepti esse videntur. Neque Salustiorum nomen in fastis Consularibus legitur. Accedit, quod ejus nepotem Tacitus equestri loco ortum dicit. Annal. III., 30.“

7) Quo tempore — consilium cepit. In Vita Nostri, quae praemissa est editioni Bartholomaei Nardini, — (recud. juss. Aug. Pappaur) — legimus: Paullulum aotate provectus Sallustius Romam a patre missus studiorum causa fuit. Ipse, ut plerique tunc temporis adolescentes, haud ferme armis atque

eum scriptae auctori fides habenda, jam adolescentulus luxuriae ac libidinibus deditus fuit 8). A qua turpitudinis nota non alienum est, quod scholiastae Horatii eum Nomentani cujusdam cocum centenis millibus aeris conductum habuisse narrant 9). Unde factum, ut aere alieno magno conflato, domum paternam vivo patre vendere cogeretur. Postea ipsius sacrilegii reus et bis ad judicum subsellia attractus, extrema fortuna stetisse dicitur, auctore eodem illo declamatore, qui

---

equis corpus exercuit, sed animum in litteris agitavit, et, quod natura firmius erat, ingenium in laboribus habuit omnis scilicet disciplinae studiosus et ejus praesertim, quae in discenda et scribenda historia versatur.“ Cet. cf. ips. Nostr. praef. Catil. c. IV. et incerti auctoris Epist. ad Caesarem c. X. — Cf. q., quod exh. d. h. r. J. Clericus. „Sed, inquit v. cl., et hoc diserte testatur Suetonius. Praeceptorem enim ejus fuisse docet Attejum Praetextatum, nobilem Grammaticum Latinum, qui se Philologum vocavit, et qui Sallustium familiarissime coluit.“ Vid. Suet. de illustr. Grammaticis c. X.

8) Sed si declamationis — deditus fuit. Evocat declamator iste (c. V., §. 20.): „Posteaquam immensae gulae impudicissimi corporis quaestus sufficere non potuit, et aetas tua jam ad ea patienda, quae alteri facere collibuisset, exoleverat; cupiditatibus infinitis efferebaris, ut, quae ipse corpori tuo turpia non duxisses, in aliis experireris. Ita non est facile exputare, P. C., utrum inhonestioribus corporis partibus rem quaesierit, an amiserit. Domum paternam vivo patre turpissime venalem habuit, vendidit. Et cui dubium potest esse, quin mori coegerit eum, quo hic nondum mortuo pro herede gesserit omnia?“ Ita quidem Declamator. Recte animadvertit Frotscherus, v. d., „Si quidem vera sunt, quae de ejus moribus fert communis aut vulgaris opinio, facilius hodie ferimus Sallustium bonarum artium patronum, quam eum tulere ob pravitatem morum suae aetatis homines.“ Cet. cf. qq. adjj. sub notula 3.

9) Scholiastae Horatii — narrant. Citant vv. dd. notas commentatorum ad Horat. sat. I., 2, sub fin.

Ciceronis personam induit 10). Sed flagitiorum, quae multa juvenis commisisse arguitur, nullum famosius, quam quod cum Fausta, Milonis uxore, fecit adulterium 11). Nam a Milone

---

10) Declamator, qui Ciceronis personam induit. V. l. l. cap. V., §. 21.

11) Cum Fausta — fecit adulterium; Cf. Horat. sat. I., 2, 41. 42. Ibi notat ad voces: ille flagellis ad mortem caesus: Commentator Cruquii: „hoc de C. Cr. Sallustio dicitur" etc., q. vid. sub not. 2. — idemque ad v. 48 ej. sat- de vocibus Sallustius in quas (sc. Libertinas) cet.: „si quis tamen in libertinas propensior fuerit, ut Sallustius Crispus, in infamiam corruptorum morum incidit; fertur enim Sallustius tanto ardore insanivisse in libertinas, quanto moechus in matronas. Quod quum illi in Senatu a censoribus objectum esset, respondit, se non matronarum, sed libertinarum sectatorem esse. Quare ex senatu ejectus est, quod ipse excusat in Catilinae bello." Eadem de re exhibet Aulus Gellius (N. A. L. XVII, c. 18.): „Marcus Varro, in litteris atque vita fide homo multa et gravis, in libro, quem inscripsit Pius, aut de pace, Cajum Sallustium, scriptorem seriae illius et severae orationis, in cujus historia notiones censorias fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprehensum ab Annio Milone, loris bene caesum dicit, et, cum dedisset pecuniam, dimissum." Nec non Servius, v. cl., ad Virg. Aen. VI., 612. de vv. quique ob adulterium caesi cet. „si occisi Aegystum significat, Thyestae filium: et si re vera caesi Salustium, quem Milo deprehensum sub servi habitu verberavit in adulterio suae uxoris filiae Sullae." Verum nunquam defuerunt, qui, illis locis Horatianis Nostrum notari, negarent. Ita monet Torrentius ad sat. I, 2, 48. „hic quoque errant meo judicio interpretes, qui Sallustium historicum notari putent; nam et temporum ratio repugnat, ut in simili errore diximus Lib. II. od. 2. Alius ergo Sallustius quaerendus est." Eundem quaesivit reperitque, nisi fallimur, L. F. Heindorf, v. cl., qui ad sat. I, 2, 48 haec addit. „Hier sind zwei Personen verwechselt. Die moralische Ehre des Geschichtschreibers C. Sallustius Crispus sucht man freilich umsonst zu retten nach Zeugnissen, wie des

deprehensus, loris bene caesus et nonnisi cum pecuniam dedisset, dimissus est. Haec haud dubie erat causa, quod, cum post quaesturam administratam 12) tribunus plebis factus esset (U. C. 702 A. Chr. 52) 13), Clodio a Milone interfecto, una cum Q. P. Rufo et T. Munatio Planco, tribunis plebis, inimicissimas de Milone habebat conciones 14). Iidem Ciceronem

---

Varro bei Gell. XVII, 18., des Ascon. Pedian in den Schol. zu v. 41., des Sueton. de Gramm. ill. 15, und Lactant. XI, 12; er lebte anders, als er schrieb. Aber da von diesem Dio Cassius 40, 63. aus frühern berichtet, er sei wegen eines Ehebruchs im J. R. 702. von den Censoren App. Claudius Pulcher und L. Piso aus dem Senat gestossen, diefs also notorisch war, auch die Scholien zu v. 41. jene Strafe, flagellis ad mortem caesus, auf diesen Sallust deuten, der nach Ascon. Ped. in der vita Sallustii vom Milo im Ehebruch mit dessen Frau Fausta ertappt war, so kann dieser hier nicht zu seiner Rechtfertigung sagen [vid. supr.], matronam nullam ego tango, überhaupt hier nicht im Gegensatz gegen die moechi genannt werden. Höchst wahrscheinlich, wenn man nicht ohne Grund einen dritten damals Lebenden dieses Namens annehmen will, ist hier der vom Geschichtschreiber adoptirte Sohn einer Schwester gemeint, der Vertraute des Augustus (S. Lipsius zu Tacit. Ann. I, 6.), an den unser Dichter Od. II., 2. gerichtet hat. Dieser, auch später ein durh Freigebigkeit ausgezeichneter Mann, schweifte in jüngeren Jahren von dieser Seite im Umgang mit Libertinen so sehr aus, dafs er jetzt deswegen im Publicum berüchtigt war." cet. cet.

12) Post quaesturam administratam. Cf. Declam. V, 23.

13) U. C. 702. A. Chr. 52. Tempore, quo usque adeo turbata erat res publica, ut eo deventum sit, ut Cn. Pompejus Magnus consul sine collega crearetur. Gerl.

14) De Milone habebat conciones. Cf. Ascon. Pedian. Explanat. in Cic. orat. Venet. Ald. MDLXIII. p. 87. a., teste Gerl.

quoque, qui Milonis causam defendendam susceperat, variis contumeliis lacerabant, et Milonis quidem manu, sed majoris alicujus consilio 15), caedem esse factam jaciebant. Pompejum etiam, antequam tertium consul crearetur, ad populum produxerunt et ab eo quaesierunt, num indicium ad eum esset delatum, vitae ejus insidiari Milonem 16). Postea vero Q. Pompejus Rufus et C. Salustius in suspicione fuerunt in gratiam rediisse cum Milone et Cicerone 17). Sed duobus annis post, L. Aemilio Paulo et Claudio Marcello consulibus, Salustius ab Appio Claudio censore senatu motus est 18).

Cujus rei causam Dio a partium studio repetit 19), quo Appius, Caesari inimicissimus et Pompeji studiosus, flagraverit; scholiastes Horatii contra hanc ignominiam Salustio propter libidines 20) inustam fuisse dicit. Quod testimonium etiamsi parum firmum esse videtur, cum maxime contra historici auctoritatem pugnet, tamen cetera, quae isti scholiastae tradunt, meras fabulas putare, vide, ne insipientis potius, quam critici esse videatur. A Porphyrione 21) enim eodem loco Asconius Pedianus, Salustii vitae scriptor, laudatur. Ceterum haec injuria, Salustio ab iis illata, qui et Pompeji et optimatium partes defendebant, praeterea rei familiaris angustiae eum perpulisse videntur, ut ad Caesarem, Italiam irrumpentem, se

---

15) Majoris alicujus consilio. Cf. eund. ibid. p. 92. b., t. Gerl.

16) Quaesierunt — insidiari. Cf. e. i. p. 93. b., t. Gerl.

17) In gratiam — cum — Cicerone Cf. e. i. p. 87. a., t. Gerl.

18) Salustius — senatu motus est. Cf. Dio Cass. Hist. Rom. XL, 62, teste Gerlachio.

19) Dio — repetit. Cf. Dio Cass. XL, 63., t. Gerl.

20) Salustio propter libidines. Cf. quae notavimus sub 2 et 11.

21) A Porphyrione. Cf. sub. 2. ad fin.

conferret. A quo iterum quaestura ornatus et in senatum lectus est 22). Parti copiarum praefectus, in Illyria cum Octavio et Libone, Pompeji ducibus, proelio commisso, rem male gessit 23). Sed bello in Graecia, Aegypto et Asia confecto, praetor factus a Caesare in Campaniam missus est, qui legiones, seditionem moventes et in Africam trajicere recusantes, ad officium redire cogeret. Sed conditionibus, quas ferebat, rejectis, parum abfuit, quin ipsum milites interficerent, ita ut fuga salutem petere cogeretur 24). Seditione repressa, Caesar etiam in Africano bello Salustii opera usus est. Nam parti navium eum praefectum in Cercinam insulam misit, ut commeatum ab hostibus eo collatum interciperet 25). Qua re bene

---

22) A quo — lectus est. Cf. Declam. c, VI, §§. 26 et 27. ubi: „Neque post illum delectum Senatus te umquam vidimus. Nisi forte in ea te castra conjecisti, quo omnis sentina reipublicae confluxerat. At idem Sallustius, qui in pace ne senator quidem manserat, posteaquam respublica armis oppressa est, et idem victor, qui exsules reduxit, in Senatum post quaesturam reductus est. Quem honorem ita gessit, ut nihil in eo non venale habuerit, cujus quis emtor fuerit. Ita igitur egit, ut nihil non aequum ac verum duxerit, quod ipsi facere collibuisset: neque aliter vexavit, ac debuit, si quis praedae loco accepisset magistratum."

23) Rem male gessit. Cfr. Orosii Histor. VI, c. 15. p. 416. Edit Havercamp. „Basillus et Salustius per singulas legiones, quibus praeerant, similiter et Antonius, Hortensius quoque ab infimo mari cum classe accurrens, omnes pariter adversus Octavium et Libonem profecti et victi sunt." Historicum hoc loco esse intelligendum, vix est, quod dubites, cum inter Caesarios duces praeter illum ejusdem nominis alius non nominetur. Gerlach.

24) Salutem petere cogeretur. Cf. Appian. d. bello civili II., 92. Dio Cass. XLII, 52, t. Gerl.

25) Cercinam — interciperet. Cf. Bell. Afric. Auct. C. VIII. et XXIV.

gesta victisque, quas Scipio et Juba cöegerant, a Caesare copiis, Salustius Proconsul Numidiae, quae in provinciae formam redacta fuerat, relictus est 26).

Quam quidem provinciam, ut declamatoris verbis utar, ita vastavit, ut nihil neque passi sint atque exspectarint gravius in bello socii, quam experti sunt in pace, hoc Africam interiorem obtinente 27). Quam ob rem cum Romam rediisset, repetundarum accusatus, sed Caesaris jussu absolutus est. Cum quo sestertio duodecies pactus esse dicitur, ne causam diceret 28). Tantas certe opes sibi collegerat, ut hortos pretiosissimos in Quirinali et Caesaris villam Tiburtinam sibi pararet 29). Eo-

---

26) Proconsul — relictus est. Cf. Bell. Afr. C. XCII.

27) Hoc Africam interiorem obtinente. Cf. Declam. C. VII. §. 29. et Dio Cass. XLIII, 9., t. Gerl.

28) Ne causam diceret. Cf. Declam. C. VII. §. 29. s. f.

29) Tantas — ut Hortos — sibi pararet. Ad finem hujus dissertationis de vita et scriptis C. Sallustii Crispi clausulae loco addita est epistola, quam Eduardus Gerhardus Gerlachio, Sallustii opera edituro, Roma Basileam misit. Eam epistolam cum additamentis Gerlachii hic inserere lubet. „Pauca sunt, Francisce Gerlachi, vir eruditissime, quae de Salustianis aedificiis enarranda habeo. Quae si parum speciosa tuis accedunt divitiis, opellam malo praestitisse satis exiguam, quam recusasse quantulumcunque amicitiae nostrae documentum. Quodsi multa desideraveris, quae ab aliis auctoribus vulgata sunt, id velim cogites, garrulum istud harioli genus, quod et Nardinii aetate vigebat, et hodie floret, tibi quoque vehementer displicuisse. Nam sola certiora notabo, etiamsi pleraque pervulgata sint. — Jure Salustiana vocari ea rudera, quae Quirinali hortulorumque colli confinia a septentrione ad orientem versus Aureliani moenia adjacent, cum posterioris aevi docet memoria, tum veterum auctorum testimonia ipsorumque ruderum vestigia. Traditionis testis est Andreas Fulvius, Antiq. Rom. Lib. II. Col. XXIV. A.: Exstant adhuc hortorum (supraque ejus fori ib. XXIII. B) Salustianorum vestigia in profunda valle: parum intra portam Salariam inter montem Quirinalem et collem hortulorum... Lo-

dem fere tempore (U. C. 707) Terentiam, cui Cicero nuntium remiserat, in matrimonium duxisse, sed nullos liberos ex ea

---

cus autem nunc ab incolis dicitur corrupte Salustricum. Adde Lucium Faunum (Antich. di Roma Lib. IV. cap. 10.) qui et situm ruderum accuratius designat, eaque vicina ecclesiae S. Susannae dicit: Salustrico pressa la chiesa di S. Susanna. Quibus testimoniis accedunt ipsius S. Susannae acta apud Baronium Annal. eccles. ann. 295. „Erat conjuncta Caji domus cum aedibus S. Susannae et Gabinii [sic] patris ejus: Facta sunt haec in regione sexta apud vicum Mamurri ante forum Salustii . . . . .“ Perseverat hactenus nobilis memoria S. Susannae (dictae ad duas domos) in eodem loco. Vides ut traditione et regionis altae semitae, qua et a regionariis et ab imperialis notitiae auctoribus horti Salustiani siti esse dicuntur, et ipsius Mamurri viae memoria servata fuerit: dixeris et Salustii forum, quamquam nescio an minor huic rei fides tribuenda sit. Cum enim in remota deliciarum sede forum exstructum fuisse, parum probabile esse videatur, atque soli dubiae fidei regionarii, Victor et Rufus, quorum tabulis multa falsa videntur esse interposita, hujus fori mentionem faciant, pervulgatum Salustrici nomen serioribus temporibus in forum mutatum fuisse putaveris. „Dubitari non potest, pro solito suo argumentandi genere Nardinius inquit, quin Salustius habitaverit in foro suo.“ Quam quidem conjecturam falsam esse, comprobat Procopii testimonium. Cf. Bell. Vandal. I. 2. Ἀλάριχόν τε τῇ πόλει ἐδέξαντο, οἱ δὲ τάς τε οἰκίας ἐνέπρησαν, αἱ τῆς πύλης ἄγχιστα ἦσαν. Ἐν ἀις ἦν καὶ ἡ Σαλουστίου τοῦ Ῥωμαίοις τὸ παλαιὸν τὴν ἱστορίαν γράψαντος, ἧς τε τό πλεῖστον ἡμίκαυτα καὶ ἐς ἐμὲ ἕστηκε. Unde patet, Salustii domum, cujus moenia ad Procopii usque tempora exstiterunt, vicinam fuisse portae Salariae, non ei parti Salustianorum aedificiorum, quae ab illa porta est remotissima. — Sed pergo ad veterum testimonia. Ut omittam Procopium, modo laudatum, Salustianos hortos Salariam inter et Collinam portam sitos fuisse, testatur Tacitus, qui ita de Vitellianorum insidiis (hist. 3, 82.) „Ii tantum conflictati sunt, qui (de via Salaria) in partem sinistram urbis, ad Salustianos hortos per angusta et lubrica viarum flexerant: superstantes maceriis hortorum Vitelliani ad serum usque diem saxis pilisque subeuntes

suscepisse videtur; nam sororis filium adoptavit, qui postea Augusti gratia floruit. Ceterum post Caesaris caedem Salu-

---

arcebant, donec ab equitibus, qui porta Collina irruperant, circumvenirentur." Unde colligi potest, hortos Salustii viciniores fuisse Salariae quam Collinae portae, ut et hinc, et quod Procopius aedes privatas hoc loco fuisse dicit, jure existimemus, aedes circo Salustiano contiguas, de cujus situ dubitari non potest, non ad Collinam portam sanctamque Susannam, sed ad Salariam usque portam pertinuisse, ubi hodie vineae sunt, Croceja, Bovillia, ulteriusque, hortulorum collem versus, Ludovisia, quam tamen et ipsam ab his aedificiis occupatam fuisse putaverim. — Sed quae memoria vulgi traditione servata auctorumque testimoniis confirmata et indubitata esse videtur, ea renatis antiquariorum studiis vel ab effodientibus rusticis illustrata est. Abundantiam certe pretiosae materiae splendorisque vel in lapidibus effossis omnes testantur, qui de urbis Romae ruinis egerunt. De aedificio, cujus forma oblonga, adjectisque porticibus in vinea prope portam Salariam detectis, fusius et satis docte egit Flaminius Vacca. Nr. 58. Quem quidem locum, quamvis h o r t o s S a l u s t i i nominari contendit, tamen hoc nomen ab antiquariorum potius acumine, quam vulgi traditione ortum esse videtur. Hermaphroditum Borghesianum quis ignorat, in ejus ecclesiae agro effossum, quam grati animi documentum monachio aedificavit Scipio Borghesius? Id quod etiam Petrus Bartolus affirmat. Vide apud Feam Miscell. p. 230. Nr. 32. 33. Eodem tractu, sed portae Nomentanae propius, elegantissimum templum effossum fuisse, idem Bartolus testatur. Veneris templum fnisse dixerim, nisi addiderit auctor, dimidium ejus templi in conspectu fuisse et illo tempore destructum. De cubiculo anaglyphis terrae coctae inducto ante Veneris templum Quirinalem montem versus prioribus annis effosso exponit Ficoronus (Vestigie di Roma p. 229.). Sed omissis istis omnibus, quorum situm hodie definire vix possis, quis praetereuntium a hortorum convallibus non observavit circi Salustii formam, quamvis murorum paucae exstant reliquiae. Templum etiam hodie ibi conspicitur, nemini ignotum, qui Romanam terram perlustraverit, Veneris Salustianae nomine, constante fama, nuncupatum. Hoc quoque nomen licet

stius, remotus a republica, reliquam aetatem in bonarum ar-

ab antiquariis inventum sit, tamen templum Veneris jure nominari, certum est. Templum enim Veneris in hortulis Salustianis vel Rufus nominat, misellus regionarius, quem non pudebat vastissimas urbis delicias hortulos dicere. Quid? quod lapidi abjecto inscriptio vel destructo, ut videtur, anaglypho descripta idem significat. Cfr. Grut. XXXIX, 4. Quem quidem lapidem eodem loco effossum esse, A. Fulvius et Faunus affirmant. Addit Fulvius, asservari id marmor in domo Angeli cujusdam Colotii, cujus murus circo Florae imminet, (che ora sopra il circo di Flora attacato nel muro di una vigna con questa iscrizione si vede). Jam domum istam ut eam existimarem, quae hodieque templo Veneris imminet, (sive sit proxima, quam vineae custodes habitant, sive praestantior aedes, ipso Servii muro superimposità), non me moveret Gruteri in his rebus exigua auctoritas, qui, „in eo ipso (Colotii) loco, templi, inquit, Veneris Augusta vestigia adhuc exstant.“ Sed movet me ultra probabilitatem deserti paucisque aedificiis occupati loci, Lucii Fauni fides, qui illum lapidem in muro fuisse dicit circo imminente. Florae circum innuit, non Salustii, scio et fateor. Sed si quis diversos eos circos existimet, quae res mihi quidem parum est probabilis, id certo mihi concedit, vel sine L. Fauni testimonio, lapidem, in quo mentio templi fiat, in eo templo effossum esse, quo solum ibi fuisse dicitur. Neque id dubitationem moveat, quod cum Veneris templum in hortis Salustianis fuisse dicatur, templi rudera in circo sint. Quis enim ignorat, Venerem, credo, quia populi genetrix putabatur, templum habuisse et in circo Maximo, et in Pompeji theatro. Neque ullum fore crediderim, qui aut Salustianum esse circum neget, positum in loco, qui semper Salustii nuncupabatur, aut eundem non apte cum hortis conjunctum dicat, cum in Hadriani hortis hippodromus, in Neronis circus fuerit. Summo autem splendore atque magnificentia Salustii hortos fuisse exornatos, hoc quoque est testimonio, quod multi Caesares Salustianos hortos, ut sedes amoenissimas, frequentarunt. Inter rudera, quorum apud Fulvium Vaccam (l. c.) mentio fit, canales plumbei reperti sunt, quibus Neronis nomen fuerat inscriptum, qui et ipse fugiens de ponte Milvio Salustianos in Hortos remeavit. (Tac. Annal. 13, 47.)

um et imprimis historiae studio consumsisse videtur. Cujus

De Vespasiano Dio Cassius LXVI, 750. A. Ὀλίγα μὲν ἐν τῷ Παλατίῳ ᾤκει, τὸ δὲ πλεῖστον ἐν τοῖς κήποις τοῖς Σαλουστείοις διέτριβεν. De aliis alii; de Nerva Eusebius in chronico. De Aureliano Vopiscus, de Hadriano inscriptio hieroglyphica, in obelisco Ludovisiano, quem quidem Antinoi memoriae vindicat, acutissimus arcanae scripturae interpres, Campollonius. — Publica igitur erant ista aedificia, nec privatae solum Salustii luxuriae inserviebat hortorum vastissimus ambitus. Scilicet qui aliter statuat, et post mortem Salustii hortos credat populo donatos, circo quoque judicet in hominis minime popularis villa paucos familiares usos esse. Quod si de Circo, copiosae multitudini ubivis dedicato, nemo statuet, publicum opus Salustii opera in populi usum aut exstructum aut amplificatum dedicatorisque nomine insignitum dicemus. Quam ultimo loco indicavi mea est opinio eamque tibi, Francisce Gerlachi, comprobari vehementer opto, quippe cui decernendum sit, perversiusne sit recentium regionariorum judicium, an audacius meum argumentandi genus. Erant, credo, magnifici et sumptuosi Romanorum circi, neque probabile tibi videbitur, in exiguo circorum numero duos sibi proximos in urbe fuisse. Circus Florae, praeter levia Rufi Victorisque testimonia, a nullo, quantum scio auctore, commemoratur. Sed fuerit Florae circus; ubinam fuit? Nam aream Barberinam eum occupasse, quod Nardinius dicit, pugnat contra Fauni auctoritatem (l. c.); nec contrarium Fulvii testimonium esse videtur. Alexandri Donati potior fides esset, qui (Roma Vetus ac Recens III. 15. p. 365.) „Circus Florae, inquit, erat in valle media inter Quirinalem et Pincium, ejusque caveam et vestigia sedilium subjecta aedibus Barberinis aliquot annis ante quam ea vallis novis aedificiis impleretur.“ Deinde exponit de substructionibus arcuatis, quae in parte septentrionali earum aedium tum temporis fuerint. Nolim obloqui meritissimo viro, sed tamen me cogit dubitare de istius circi situ rationum evidentia. Compertum certe esset, qua de causa duo circi in eodem loco fuerint constructi. Forsitan aliquis dixerit, post Floralem Salustianum fuisse exstructum, quod ille ipsa urbis spatia occupaverit, sed etiam Salustiani circi principia ante medium sextum saeculum

quidem otii fructus habemus Catilinam, bellum Jugurthi-

---

jam exstitisse, Livius testis est. (cfr. XXX, 38.) Inundato enim circo Flaminio extra portam Collinam ad aedem Erycinae Veneris ludos celebratos ait. Nempe Collinam portam exeunti ab occidente orientem versus patebat circus Salustianus. Poterat sane is, quem Livius indicat, locus etiam a septentrione meridiem versus esse extensus. Sed hoc posito, nihil erat, quod portam Collinam diceret, nam non magis erat remota porta Viminalis. Sed favet opinioni meae Erycina Venus a Livio commemorata. Quam recte Verratus, injuria a recente Nardinii editore (T. II, p. 58.) vituperatus, eandem credit cum Salustiana. Nam cum et Liviani et Salustiani circi dea praesens esset Venus, neminem certe Rufi atque Victoris suspecta monebit auctoritas, ut duo ejusdem deae templa extra eandem portam et eodem loco posita credamus. Quid? quod hoc conjectura rejecta nec loci, Apollinaribus ludis consecrati, nec celeberrimi Erycinae templi apud scriptores mentio fieret? Quam quidem aedem celeberrimam fuisse, praeter Livium (XXII, 9. 10. XXX. 38. XL. 34.) testatur Ovidius. (Fast. IV. 871.) Templa frequentari Collinae proxima portae Nunc decet; a Siculo nomina colle tenent. Cujus quidem templi reliquiae etiam postea exstiterunt. (cfr. Piranesi Antich. di Roma Nro. 112.) — De ceteris hortorum Salustianorum deliciis nihil certi statuere licet. Erat ibi Miliarensis porticus, quem, Vopisco teste (c. 44.), Aurelianus amavit, in quo quotidie et equos et se fatigabat, quamvis esset non bonae valetudinis. Ad hanc Nardinius pertinere putat arcuum vestigia, quae inde ab hordis S. S. Virginis de Victoria villam Ludovisiam versus extenduntur. Sed si thermae Salustii investigatae fuerint, nescio an rectius statuatur, in vastissimo eorum ambitu porticum sitam fuisse. Sed eas propiores Salariae portae domiciliisque privatis, quae commemorat Procopius, fuisse existimaverim. De his Vacca, qui pauca vestigia in paterno fundo viderat: Erat locus quamquam parum accurate descriptus prope portam Salariam: Praeterea legitur in actis sanctorum, ante thermas Salustii, ante muros urbis tres sanctos supplicio fuisse affectos. — Etiam apud Mabillon. in Itinerario Saec. XI. est: Thermae Salustianae ad Pyramidem. Pyramis vix alia esse po-

um et historiarum pauca, quae aetatem tulerunt, frag-

---

test, quam obeliscus Ludovisius nunc in monte Pincio erectus, cujus basis cum in ipsis Ludovisiis hortis reperta sit, teste Mercato (degli obelisci cap. 28. pag. 256.), probabile est, regionem eam, quae est inter circum et moenia urbis, thermarum aedificia continuisse. Restat conditorium hortorum a Plinio memoratum (H. N. VII, 16.), qui quidem locus ubi fuerit, hodie ignoratur, sed si quis ossa humana in ea parte effoderit, non dubito, quin antiquariorum industria etiam sepulcri situm accuratius describat. — En tibi Gerlachi, vir amicissime, quae de hortis Salustianis in promptu habebam. Quae parum absoluta esse et ipse fateor; sed obscuriori materiae, quam amicitiae nostrae deesse malui. Vale et fave! Dabam Romae d. VIII. a. Kal. Sept. MDCCCXXV."— Addit Gerlachius: „Cfrr. praeterea de Salustii hortis Panvin. in descr. Rom. Marlian. Typ. Rom. L. IV. c. 23. Panciroll. descr. Rom. Region. sexta. Donat. L. III. c. 23. Nardin. Lib. IV. c. 7. Borrich. c. 8. Debrossius Hist. Reipubl. Rom. Tom. III. p. 362. sqq. judicat, hortos Salustianos totum spatium continuisse, quod inde a via Salaria atque Nomentana usque ad muros urbis haud procul a porta Pinciana pateat. Sed idem paulo infra eodem loco etiam viam Mamurrae et Quirini templum et partem campi scelerati fuisse dicit, ita ut de hortorum finibus parum recte statuisse videatur. Qui etiamsi serioribus temporibus latiores fuerint, tamen hoc non Salustii luxuriae tribuendum, quia haud dubie et Salustii nepos et imperatores, quibus is locus in deliciis fuit, villam splendide atque magnifice exornaverant. Nam non solum Augustus ibi convivia luxuriosa celebravit, sed etiam Vespasianus ibi saepius quam in palatio versatus est (cf. Dio Cass. l. l.). Nerva eodem in loco plurimum temporis fuit, ibique est mortuus, Euseb. p. 146. Ed. Scal. Amst. 1658., et Aurelianus, quamdiu Romae fuit, in hortis Salustianis commoratus est, quos splendidissimis aedificiis exornavit. Cfr. Scriptt. Hist. Augustae ed. Salmasii MDCXX. Paris. p. 225. Ceterum Debrossius recte statuit, Circi reliquias, quae etiamnum exstant, non ad Florae, sed ad Veneris Erycinae circum pertinere. Quo in exornando Salustius occupatus esse videtur. Nam et templum et circum multa arte fuisse exstructum, jam satis constat.

2

menta. Diem supremum obiit quadriennio ante Actiacum bellum 30).

Ceterum non paucos fore crediderim, qui me inconsiderantiae insimulent, quod quae aut maligni, aut parum certi auctores de Salustii moribus memoriae mandaverint, tanquam luculentis testimoniis firmata posuerim. Multis enim, ut Macrobii, Lactantii et Symmachi, ita declamatoris et scholiastarum auctoritas nulla esse videtur, quippe quos, ab Salustii aetate longius remotos, malignorum fabulas atque famam secutos esse statuant. Omnium igitur contumeliarum, quibus Salustii nomen laceratum sit, auctorem esse docent Pompejum Lenaeum, Pompeji Magni libertum 31). Is enim tanto amore patroni memoriam prosequebatur, ut Salustium, qui illum oris probi, animo inverecundo esse dixerat, acerbissima satira la-

---

Ne forum Salustianum quidem, quod dicebatur, a Salustio exstructum fuisse, inde conjicias, quod ejus nomine appellatum est. Fieri enim potuit, ut hoc nomen ei inderetur, quod villae Salustianae proximum fuit. Balneum etiam ibi fuisse conjectatur Nardinius, quod aquaeductus reliquias detexisse sibi visus est. Statuarum, quae ibi effossae sunt, maxima copia. Praeter Hermaphroditum, de quo supra memoratum est, summis laudibus celebratur Faunus, qui infantem complexus tenet; Papirius juvenis, matrem nimis curiosam mendaciis fallens; mirmillo exspirans, et quatuor colossi Aegyptii, lapide syenite, et Niobe cum liberis in marmore celata, quod opus ibi inventum esse Pyrrhus Ligorius docet. Ipsius Salustii, quae laudantur imagines, parum certae sunt auctoritatis." Cet. cfrr. C. Lactant. Inst. Div. II., 12. Macrob. Saturn. II. 9. Symmach. Ep. V, 68.

30) Diem — bellum. Cfr. Euseb. ad. a. MDCCCCLXXXI. i. e. a. U. DCCXIX., a. Chr. n. XXXV.

31) Lenaeum — libertum. Addit Gerlachius: „Ceterum satis constat, Cortium potissimum, Wielandum atque Debrossium Salustium infamia, qua adhuc flagraverat, liberare studuisse. Sed quam ejus defendendi rationem inierunt, ea gra-

ceraret, lastaurum et lurconem et nebulonem popinonemque appellans et vita scriptisque monstrosum; praeterea priscorum Catonisque verborum ineruditissimum furem. Hujus satirae acerbitate factum esse putant, ut in Rhetorum scholis de Salustii vita declamarent. Id quod eo commodius factum, quod blaterantes grammatici nescio quas inimicitias somniaverint, quae Ciceroni cum Salustio intercesserint. Horum calumniatorum vestigia Macrobium, Lactantium et Symmachum legisse sibi persuadent, ita ut nonnisi Auli Gellii et Dionis Cassii testimonia sibi impugnanda relinquant.

Sed Gellium Varronemque 32), quos testes gravissimos esse ne ipsi quidem negare audent, hoc in loco non audiendos esse, miro modo probatum eunt. Alium enim Varronem, nescio quem, non virum illum doctissimum, qui Salustii aequalis fuit, hoc loco laudari, et Gellium ipsum in laudandis scriptorum locis non satis diligentem fuisse, multis argumentis extra omnem dubitationem positum esse dicunt. Jam cum Dio Cassius sit reliquus, qui Salustium avaritiae et rapinarum insimulaverit, etiam hanc maculam facile elui posse existimant. Caesari enim, non sibi rapuit. Ejus jussu tanta atrocitate socios vexavit, ut quamvis vexationes provincialium essent frequentissimae et hanc ob causam impunitae, tamen Salustium, Caesaris amicum, repetundarum accusarent. Sed quem Caesar rapere jusserat, eum facere non potuit, quin defenderet. Unde factum est, ut hoc crimine absolveretur. Magnas, quas postea etiam retinuit divitias, non rapinis quaesierat, sed Cae-

---

vioribus viris vix probabitur. Non enim Salustium, sed morum levitatem defendunt. Quare nuperrime Muellerus alia via ingressus est; sed ne sibi quidem satisfecisse videtur, nedum aliis suarum opinionum commenta persuaderet." Vid. qq adj. sub 2. 3. 8. 11. et cf. Sueton. de ill. Gramm. 15.

32) Gellium Varronemque. Cf. Aul. Gell. N. A. L. XVII. c. 18. Dio Cass. XL, 63. XLIII, 9. cit. l. l. Vid. qq. adj. sub 11.

saris credo liberalitati acceptas retulit. Credat Judaeus Apella. Nam me quidem nemo coget etiam fabulis et commenticiis rebus fidem adjungere. Sed accuratius sunt examinanda argumenta, quibus Salustii defensores et propugnatores usi sunt, ut ejus existimationem integram esse docerent. Quod Lenaeum multarum contumeliarum auctorem esse dicunt, hoc sibi persuadere videntur, satirae scriptorem id maxime agere, ut mira atque incredibilia dicat. Alioquin vix fieri poterat, ut scriptorem non contemnendum, quem Plinius grammaticae artis doctissimum dicit, (H. N. Lib. XXV. c. 2.) insimularent, vana et inania conscripsisse, ut dolorem expleret propter patroni injurias susceptum 33).

Verisimilitudinem certe quandam Lenaeum esse secutum, vel inde patet, quod Salustium priscorum Catonisque verborum ineruditissimum furem dixerit. Id quod illi et ab Augusto et ab auctore notissimi epigrammatis vitio datum est 34). Quid quod satirae ratio postulat, ut, quae breviter in ea perstringantur, a legentium scientia non plane abhorreant? Alicujus enim vitia facetiis exagitare, quae non solum ignota, sed etiam incredibilia sunt, quippe quorum falsitatem omnes compertam habeant, hoc non satirarum scriptoris, sed insipientis hominis est. Sed largiamur hoc irato homini, ut liberius in Salustium invectus sit, adversum, quo Salustius erat, rumorem non ex Lenaei conviciis natum fuisse, facile intelligas, comparatis ceterorum scriptorum testimoniis. Quae quidem multis, credo, parum firma esse videbantur, quod eorum fugit memoriam, Salustii vitam ab Asconio Pediano, quem diligentem esse gram-

---

33) Alioquin — susceptum. Cfrr. libelli eorum, quos de Sallustii moribus scripsisse memoravimus sub 3, inprimis Mülleri atque Loebellii.

34) Et ab Augusto et ab auctore cet. Cfr. Sueton. vit. Augusti c. 86. Quinctil. Jnst. Rhetor. VIII, 3. Nec minus noto Salustius epigrammate incessitur: Et verba antiqui mul-

maticum satis constat, scriptam fuisse. Eum vero testem laudant adulterii a Salustio commissi Acron et Porphyrion (ad Horat. Serm. I., 2., 42.) 35). Quod quis est, qui neget, cum accedat auctoris gravissimi testimonium, Terentii Varronis. Sed in laudato Gellii loco illustrando ejusque et Varronis auctoritate infirmanda plane ridiculus est Muellerus. Quare ad ea, quae plurima disputavit, fusius respondere vix opus esse videtur. Sed auctorum tam illustrium judicio interposito, ne ceterorum quidem scriptorum, quibus cum soli testes proferuntur, acutiores critici fidem derogare solent, contemnendum esse videtur testimonium. Declamationes istas in Salustium et Ciceronem scriptas, quas a grammaticis conscriptas esse, hodie omnibus fere viris doctis persuasum est 36), a Salustii et Ciceronis ingeniis haud plane esse alienas, jam hoc est documento, quod Quinctilianus alteram certe genuinam habuit 37). Qua re efficitur, jam Augusti aetate orationes esse scriptas. Rhetorem igitur, vel quicunque eas conscripsit, probabilia secutum esse, vix est, quod dubites. Ea enim et stili et argumenti ratio esse debuit, ut haec legentibus persuaderi posse viderentur. Quod quonam modo fieri poterat, si auctor rerum fide plane neglecta satis habuisset foedissimis conviciis Salustii memoriam proscindere?

Sed cur alienos testes provocamus, cum Salustius ipse professus sit, se existimationis detrimentum fecisse? Catilinae initium et inprimis caput tertium accuratius pertractanti dubium esse non potest, quin scriptor, sive quod libidinum, quibus ante exarserat, taedium eum ceperat, sive quod rubor fla-

---

tum furate Catonis, Crispe, Jugurthinae conditor historiae. Gerl.

35) Horat. Serm. I, 2, 42. Vid. qq. adj. sub 2. et sub 11.

36) Declamationes — persuasum etc. Vide infra sub 41.

37) Quinctilianus. Cf. Quinct. Jnst. Rhetor. IX, 3.

gitiorum eum subierat, legentibus de errore et adolescentia sese excusare voluerit. Silentio haec praetermittere sapientius erat, sed severo alienae ignominiae censori venia expetenda esse videbatur, ne graves istae criminationes in ipsum reciderent. Hunc locum forsitan erunt, qui aliter interpretentur, quibus facile largior, ut quam animo conceperint opinionem, omnibus, quae suppetant, argumentis defendant; sed interiorem scriptoris sensum ejusmodi interpretes assequi posse, vix crediderim.

Sed quae adhuc disputavimus, ad juvenilem Salustii aetatem pertinent atque hanc ob causam Gallico certe critico veniam aetatis habere videbantur. Numidarum vero vexatio quibus excusabitur? Rem esse factam, negabis. Hoc cum commode fieri non possit, (impugnanda enim est gravissimi viri auctoritas), Salustium, jussu Caesaris coactum, facinus commisisse dices. Quodsi factum esset, nescio an Salustius majorem etiam culpam in se admiserit. Quid enim erat, quod eum compelleret, ut in Caesaris castra se conferret? Nempe partium studium et fortunarum suarum ruina. Sed viri mores cognoverat, quem amore complexus est; neque eum latuit, quibus artibus Caesar tantae liberalitatis famam sustineret. Quod quidem institutum si a Salustii moribus abhorruit, quibus causis permotus eo reipublicae munere functus est, quod nisi injuste geri non potuit? Sed haec pluribus illustrare putidum est, neque in posterum multos fore putaverim, qui Salustii morum patrocinium suscipiant. Sed longe alia est quaestio, num ex auctoris vita privata argumenta sint petenda, quibus scripta ejus impugnentur. Ita enim nuperrime statuerunt, Salustiumque Graecis historicis, Herodoto atque Thucydidi, hanc ob causam postponendum esse censuerunt. Qua in re primum inconsideranter agunt, quod Salustii mores exagitant, cum neque Herodoti neque Thucydidis vitam satis cognitam habeant. Tum, qua re omnes scriptores Latini a Graecis differunt, haec Salustio vitio vertunt, tanquam ad eum solum pertineant. Quis enim est ex Latinis scriptoribus, quin

Graecas literas coluerit, atque multa ex iis hauserit illorumque studio insitam ingenii vim promoverit atque formaverit? Jam qui in literarum artiumque monumentis condendis potius divina quadam ingenii vi ducantur, magis esse laudatos, quam qui normam et regulas ab aliis propositas sequantur, nemo est, qui nesciat. Sed haec quidem laus nulli auctorum Latinorum jure tribui potest, ne Ciceroni quidem, qui prae ceteris Latini sermonis proprietatem in scriptis suis expressisse putatur. Hac igitur re scriptores Graecos Latinis praestare, jam in vulgus notum est. Sed de Salustiano scribendi genere paulo infra accuratius; jam de libris, quos composuerit, paucis agemus. Catilinam igitur, bellum Jugurthinum, et quinque historiarum libros ab eo esse conscriptos, omnium grammaticorum consensu comprobatur. Sed quo in opere rudimenta posuerit, parum compertum, nisi quod ex Catilinae praefatione colligi posse videtur, hoc argumentum eum primum sibi tractandum suscepisse.

Sed hunc librum statim post tribunatum scriptum fuisse, quae Debrossii fuit sententia, mihi quidem parum probabilis esse videtur. Quae enim cap. IV. initio leguntur: *igitur ubi animus ex multis miseriis atque periculis requierit, et mihi reliquam aetatem a republica procul habendam decrevi,* scribi non poterant, nisi post praeturam administratam, anno septingentesimo octavo U. C., quo anno eum ex Africa Romam rediisse putaverim. Sed eo tempore scriptum esse Catilinam, etiam aliis fuit persuasum, cum maxime, quae de moribus Caesaris atque Catonis auctor disputaverit, nonnisi post utriusque viri mortem dici posse viderentur. Id quod satis probabile esse videtur. Neque hanc aliquis animo concipiat opinionem, haec multo antea scripta, serius evulgata fuisse. Id enim a scriptoris moribus abhorruit, qui historiis scribendis se bene de republica mereri persuasum habuit atque speravit, fore, ut rerum gestarum monumentis, quae condidisset, memoria flagitiosae vitae obliteraretur. Accedit ipsius orationis color, qui quidem non juvenile quid spirat, id enim

a Salustii aetate alienum, sed tamen sententiis et figuris, quae Salustianae dicuntur, est ornatissima. Quam ob rem similem hunc librum Taciti Agricolae dixeris, quo in libello et ipso sententiarum ornamenta et conformationes Tacito propriae cumulatae sunt. Hoc igitur pro certo poni posse videtur, Salustium quidem juvenem historiae studio incubuisse, sed ad scribendam nonnisi post Caesaris mortem accessisse. Catilinam haud dubie secutum est bellum Jugurthinum, cujus rei memoriam a praetura in Africa gesta retinebat. Tum demum ad historiarum libros scribendos animum appulit, in quibus libris res inde a Sullae morte usque ad conjurationem Catilinariam exposuisse videtur 38). Praeterea Salustii nomen praeferunt duae epistolae ad C. Caesarem de republica ordinanda scriptae, quas fuerunt, qui Salustio abjudicarent, sed illi argumentis parum idoneis usi 39). Neque Cortii acumen in iis agnosco, quae de his epistolis disputavit. Quod enim dicit verborum elegantem connexionem, aptam structuram et quem ipse numerum dicit, in his scriptis desiderari, tota re mihi errasse videtur. Tantum enim abest, ut totius orationis color a Salustiano dicendi genere abhorreat, ut potius omnes flosculos Salustianos auctor collegisse videatur, quo facilius orationi auctoritatem adstrueret. Sed alia sunt, quae has epistolas, sive orationes eas quis dixerit, fictas esse docent. Nul-

---

38) Res inde a — ad — Catilinariam. Testimonio sunt et fragmenta, et quae Ausonius in Protreptico Eidyllion IV. v. 60. seq. de horum librorum argumento canit: Jam facinus Catilina tuum Lepidique tumultum, | Ab Lepido et Catulo jam res et tempora Romae | Orsus, bis senos seriem connecto per annos. | Jam lego civili mixtum Mavorte duellum, | Movit quod socio Sertorius exul Jbero. Gerlach.

39) Sed illi argumentis parum idoneis usi. Jam in vol. I. p. X. scripserat Gerlachius: „Epistolas ad C. Caesarem de Republica ordinanda, quas vulgo incerti auctoris esse autu-

lus enim Grammaticorum haec Salustii scripta laudavit, neque in codice Vaticano, quem accuratius contuli, in titulo Salustii nomen adscriptum est. Sed ceteris orationibus atque epistolis, ex Salustii historiis excerptis, adjunctae sunt, neque harum epistolarum auctorem cognovisse videtur librarius. Difficillimum autem est ad explicandum, quo tempore et quo consilio hae epistolae a Salustio ad Caesarem datae sint. Sane videntur ad extremam Caesaris aetatem pertinere, ubi reipublicae legibus firmandae operam dedit et Salustius Proconsul Numidiae fuit. Nam eum Romae praesentem Caesarem scripto adisse, non adduci possum, ut putem. Sed insunt plura his epistolis, quae doceant, ad certum tempus hoc scriptum referri non posse. Nam (Ep. II. c. 2.) adversi consulis fit mentio, quo loco Lentulum esse intelligendum, bene monuerunt interpretes (cfr. Caes. B. civ. I. 1. et 2.); brevi igitur post bellum coortum haec scripta esse putaveris; sed paulo infra (cap. IV.) mortuum Catonem et L. Domitium dicit. Igitur etiam Pompejum jam caesum fuisse necesse est. Sed de illo quoque (cap. III.) tamquam vivo mentionem injecerat. Quid, quod cap. IX. iterum L. Domitium et M. Catonem commemorat, ut de eorum virtutibus disputet, quasi etiam tum sint timendi. Ceterum confusioni temporum aliquis succurrat, capite quarto sublato, sed hoc est causam satis lubricam parum firmis argumentis et levibus conjecturis defendere. Sed ut certo tempore scriptae sint literae, videndum est, num eorum argumentum et Salustii ingenio et amicitiae, quae ei cum Cae-

---

mant, hanc ob causam simul cum ceteris Salustii libris edidi, quod mihi quidem argumenta, quibus earum auctoritatem impugnarunt interpretes, parum firma esse videntur. Cavendum est, ne Grammaticis istis, quicumque tandem fuerunt, nimium tribuamus. Isti enim verba sectantur, sed judicio parum valent. Sed quid de hac re sentiam, peculiari commentatione exponam." Quae si cum initio peculiaris hujus commentationis „Praeterea Salustii nomen prae-

sare intercessit, satis sit consentaneum. Jam huic epistolae multas inesse sententias, Salustio haud indignas, nemo negabit; rerum civilium enim peritum epistolae auctorem jure dixeris. Sed quamvis acute de reipublicae forma sit disputatum, tamen nisi consilia, quae proposuit, ad praesentem reipublicae statum aut firmandum aut corrigendum pertinebant, ad Caesarem scribi non debuerant.

Dicat aliquis, id egisse epistolae auctorem, ut Caesarem moneret, ut victoria sapienter uteretur, neve aures praeberet sanguinolentis hominum nequissimorum consiliis. Sed quos homines significet, equidem nescio. Caesari enim cum multa vitio vertantur, tamen eum aliorum consiliis se regi passum esse, vix erit, qui affirmet. Idem tanta benignitate et clementia imperium temperavit, ut ipsorum inimicorum admirationem moveret. Sed ipsa consilia ita comparata sunt, ut auctor potius sui ipsius animi dolorem verbis expressisse, quam utilia suasisse videatur. Sumptuum et rapinarum licentiam esse coercendam, foeneratorem tollendum, decus pecuniae minuendum, et militiam aequalem esse jubet. Haec prioris epistolae consilia sunt. His multa sunt interposita de Caesaris laudibus, de adversae factionis perversis consiliis, de corruptis juven-

---

ferunt duae epistolae ad C. Caesarem de republica ordinanda scriptae, quas fuerunt, qui Salustio abjudicarent, sed illi argumentis parum idoneis usi" contuleris, nescies, quid sit censendum. Id quod Kritzio quoque, v. d., accidit: „Epistolas, inquit (in praef. p. XVII. vol. I.), ad C. Caesarem de republica ordinanda, quae vulgo Sallustio tribuuntur, animum inducere non potui ut adderem, quum plurima eaque certissima documenta ostendant, istas epistolas declamatoris esse, in rhetoris schola si verbis Sallustii liceret ejus ingenium imitari satis inepte periclitantis, neque reputantis, Sallustium eum scriptorem esse, cujus divini ingenii vim admirari facilius est, quam imitando consequi. Jam verbis epistolarum vel obiter inspectis, facile deprehendes, auctorem summo studio locutiones Sallustio amatas sententiarumque qui-

tutis moribus, quae omnia aliena ab auctoris consilio jure dixeris. Sed fac, hanc epistolam ab ipso Salustio esse conscriptam, alteram certe, quae priore loco ponenda erat, a declamatore quodam ingenii exercendi causa scriptam esse, libenter concedes. Nonnulla in utraque epistola iisdem fere verbis expressa. Cfr. cap. I. Ep. I. et II. *quod prius defessi* etc. Alia contra diversissima, Sullae crudelitas I. Ep. c. V. accusatur, altera Ep. cap. IV. ejus laudatur clementia. Ridicula est imitatio eorum, quae Salustius Catilinae et Jugurthae praefatus erat, cfr. Ep. II. c. 1. *Sed mihi studium fuit adulescentulo* etc. et cap. 10. *postquam mihi artes.* Etiam cap. septimum quam simillimum cap. XI. et XII. Catilinae. Singula verba atque figurae tot sunt ex Salustio petita, ut jejunum declamatorem in his facile agnoscas. Cfr. cap. IX. *parantur haec disciplina Graecorum* etc.; quae Salustius Marium facit dicentem Jug. c. LXXXV., ea stolidus declamator, tanquam ab ipso Salustio dicta repetit, neque cogitavit, Salustium Graecarum literarum tantopere fuisse studiosum, ut multa ex Thucydidis fontibus in rivulos suos derivaverit. Cfr. praeterea c.

busdam luminibus fulgentes conquisivisse, sed judicio elegantiaeque sensu destitutum eas non tam composuisse, quam conglutinasse, ut non novum opus, sed miserabilem centonem ex splendidarum vestium discerptis partibus confecisse, putandus sit. Sed gravius etiam est, quod ejusmodi epistolarum ratio non solum a more illius aetatis aliena est, sed etiam ab ingenio ejus, qui scripsisse dicitur, et ad quem datae sunt, plane abhorret. Neque enim Caesar is fuit, qui aliorum monitis in moderanda republica vel egeret, vel obtemperare vellet, neque Sallustius pro suis rationibus, quae ei cum Caesare intercedebant, si modo sanus erat, talia suadere poterat, qualia epistolae auctor eum dicentem facit. Ad hoc, quicunque ineptas cohortationes scripsit, temporum oblitus, multa blateravit, quae ita sibi repugnant, ut nullo modo inter se conciliari et ad certum aliquod tempus revocari possint. Quodsi addideris, nullum Grammaticorum, quibus tot historiarum fragmenta debemus, unquam harum epistolarum fecisse mentionem, vix quis-

V. *in duas partes* etc., et Jugurth. c. XLI. Sed ut haec mittamus, quae unusquisque facile inveniat. Cujus modi tandem est totius epistolae argumentum? Consilia de republica ordinanda se Caesari dare velle profitetur modestissimus auctor. Sed quae sunt ista nova consilia, quorum explicandorum causa alteram epistolam obtruderet Caesari, maximis occupationibus impedito? — Iterum accusat factionem optimatium, tanquam non fracta fuerit. Et tanto maledicendi ardore flagrat, ut quos paulo ante laudaverit, eorum laudes ipse imminuat cfr. cap. IV et IX, et quos mortuos esse dixerat, in eos tanquam vivos maledicta conjiciat. Novos cives Caesarem addere jubet, sed jam ante multi civitate donati fuerant; pecuniae studium tollendum censet, sed priori epistola in his illustrandis longior etiam fuerat. Senatum augendum esse putat, sed vilissimorum hominum greges Caesar senatores fecerat. Jam ad senatus auctoritatem restituendam plurimum valere ei persuasum est, si per tabellas sententiae ferrentur. Sed fugit sapientem hominem, perversitati etiam adminicula se praebere. Haud paucos enim imbecillioris animi homines nihil a vitiis retinet, nisi prava quaedam ambitio, qua bonos se haberi volunt, etiamsi non sint. Quorum prava consilia silentio si texeris, nihil non audebunt. — Sed in eo maxime hominis stultitia notanda, quod Caesarem eversam libertatem restituere jubet. Adeone et Caesaris ingenii ignarum et rerum publicarum imperitum Salustium putaveris? Accedit tandem notissima illa e Cicero-

---

quam dubitare poterit, quin pro spuriis habendae sint. Decreveram eam rem pluribus exponere, sed ut commode nunc eo negotio supersedere possim, Gerlachii factum est diligenti industria, qui tanto acumine in examinandis singulis versatus est, tantaque judicii solertia spurias esse, quae summo rerum Romanarum scriptori tribuantur, epistolas ostendit, ut, si quis etiamnum eas Sallustii esse putet, is ad omnia, etiam ineptissima amplectenda pronus videatur. Fateor tamen, me, priusquam Gerlachii Commentarios legissem, quid illum de episto-

scriptis petita dicendi figura, qua patria supplex et preces
dens inducitur. Haec omnia mihi reputanti, hae epistolae
ejusdem quidem auctoris, nedum Salustii esse videntur.
ediderís artis rhetoricae studiosos, qui Salustianae orationis
amenta et sententiarum lumina et Salustium ipsum optima-
n factioni infestum et Caesari amicum fuisse cognoverant,
sibi proposuisse, ut Salustianum dicendi genus his in epi-
lis exprimerent. Nam totius argumenti multarumque sen-
tiarum similitudo facit, ut putem, juvenes, qui eodem ar-
oratoriae doctore usi fuerint, certamen quoddam ingenii
tituisse, unde cognosceretur, uter plus in his literis pro-
erit. Quam quidem sententiam singulis accuratius examinan-
firmari posse, putaverim.

---

lis ad C. Caesarem judicare crederem, prorsus nesciisse. Nam in Praef. Vol. I. p. X. „Epistolas, inquit, — cet. cet. — parum firma esse videntur. Cavendum — — tribuamus." [cf. supra l. l.]. Eandem sententiam quum in praef. minoris editionis repetiisset, uti causam afferret, cur illi quoque editioni, in usum scholarum curatae, Epistolas addidisset, ac novissime in vol. II. P. I. p. 14. his usus esset verbis: „Epistolas — idoneis usi" [cf. supra l. l.], quis est, quin his lectis pro certo credat, Gerlachium declamationibus istis, immerito scilicet contemptis, defensorem atque patronum exstiturum? Sed contra opinionem, quae sequuntur ita disputata sunt, ut Epistolarum fides prorsus collabefactetur, easque nullo modo Sallustii esse posse ostendatur. Cujus rei satis mirae quamquam causa non in promptu est, tamen ita videtur explicari posse, si statuas, Gerlachium aut ludere voluisse lectores, ambigue interpretum parum firma argumenta vituperando, uti et me lusit et censorem editionis minoris in Ephemm. Litt. Jenenss. a. 1827. Supplement. Nro. 16. p. 127., aut ipsum, quum Vol. prius ederet, Sallustium pro vero auctore habuisse, sed postea, re accuratius perpensa, aliter sentire coepisse, mutatique judicii caussam verborum ambiguitate tegere voluisse. Sed ut est, strenue Sallustium a declamatoris ineptiis liberavit." cet. cet.

Quid vero de declamationibus sentiam 40), quarum auctores Cicero et Salustius esse perhibentur, jam supra paucis significavi, Salustianam certe a Quinctiliano genuinam esse habitam, fidem faciunt verba, quae ex iis laudavit. Cfr. Inst. Rhetor. 4. 1. 68. et 9. 3. 89. Vix enim aliquem fore putaverim, qui statuat, quae Gesneri fuit opinio, declamatorem haec verba ex genuina Salustii oratione petita subditiciis verbis immiscuisse, ut majorem auctoritatem iis adstrueret. Neque eo hujus testimonii auctoritas infirmatur, quod Cortius putavit, quod altero loco verba *et apud Salustium* in tribus codd. Turic. Flor. Guelf. omissa sunt. Melius enim de Quinctiliani judicio, quam de hujus loci fide dubitari posse, doctissimus editor, Spaldingius, monuit. Neque hoc dissimulandum, orationem et verbis et sententiis esse ornatam atque politam. Convicia etiam, quae auctor Ciceroni petulantius ingessit, ab ejus moribus haud aliena dixeris, et ab irato homine in inimicum jactari posse videntur. Ne igitur in acerbitate sententiarum offendaris; haud modestius enim Cicero Antonium in secunda oratione Philippica objurgavit, et atrocioribus etiam contumeliis ipse a Fufio Caleno, Antonii amico, vexatus est. (cfr. Dio Cass.) Ne stilum quidem Salustio indignum dixeris: inest enim magnus facetiarum lepos, et prava Ciceronis ambitio vanumque gloriolae studium multa cum ironia irrisum est. Haec ideo monui, ne quis Quinctilianum levitatis insimulet, quod hanc orationem a Salustio scriptam esse putaverit. Sed eam a declamatore potius, quam a rerum Romanarum florentissimo auctore esse compositam, cum multi conjectura assecuti esse viderentur, e. gr. Lipsius Varr. Lectt. I. 8. et Oratt. VII., Vossius (de vitiis sermonis Lib. 3. 5.), Petrus Victorius (Varr.

---

40) Quid vero de declamationibus sentiam. In Vol. I. Praef. p. x. scripserat Gerl.: „Ne invectivas quidem, quae dicuntur, omittendas esse duxi, non quo eas a Cicerone atque Salustio compositas esse ostenderem, sed ne quid desideraretur, quod ad vitam et mores auctoris illustrandos pertineret.“

Lectt. 15. 3.); totam rem diligenter pertractavit Sebastianus Corradus in libro, qui Egnatius sive Quaestura inscriptus est. Evulgatus est Basileae sumptibus Joannis Oporini MDLVI. Sed cum auctor hoc sibi sumsisset, ut Ciceronis mores omnibus vitiis immunes esse doceret, declamationis scriptori iniquum se praebuit judicem. Multorum igitur quae attulit argumentorum haec tantummodo firmiora esse videntur. —

Primum igitur tales causae in senatu agi non solebant, nisi propter rempublicam inimicitiae susceptae fuissent. Sed in neutra oratione satis probabilem causam inveneris, cur alter de alterius moribus in senatu conquestus fuerit. Neque Terentiam a Salustio sacrilegam dictam fuisse aliquis putaverit, quippe quam ipse postea in matrimonium duxerit. Sed hoc explicari posse videtur, si quidem eo tempore, quo Clodius a Milone caesus est, hanc orationem scriptam esse putamus; sed repugnant historica; cfr. declamat. II. 7. Neque hoc negligendum, quod, qui profitetur, se responsurum esse, in altera oratione initium altercationis introduxisse dicitur. Tum hoc etiam non satis concinnum, quod, qui in senatu verba facit, quaerit, *ubi querar, quos implorem*, neque solum populum Romanum, sed etiam senatum maledictis lacerat. Tum qui fieri potuit, ut Salustius Ciceroni majorum ignobilitatem vitio verteret, cum ipse Amiterni natus esset? Id quoque satis audacter, seu potius impudenter dictum, Ciceronis consulatum causam conjurationis Catilinariae fuisse; neque hoc est probabile mendacium, post consulatum Ciceronem cum Terentia uxore legis Plautiae judicia domi fecisse, aliosque morte, alios pecunia condemnasse. Qui enim sunt illi, qui post Ciceronis consulatum tanquam conjurationis Catilinariae conscii capitis damnati fuerint? — Immo paulo infra alterius declamatoris scrinia auctor compilasse videtur: quae enim supra Epist. de Republica Ord. II. cap. 9. in Domitium dicuntur: *cujus nullum membrum a flagitio aut facinore vacat? Lingua vana, manus cruentae, pedes fugaces: quae honeste nominari nequeunt, inhonestissima*; hoc loco iisdem fere verbis repe-

tuntur. Cfr. cap. 3. Jam fac hanc orationem a Salustio esse habitam, vix decreveris, ad quod tempus potissimum sit referenda. Personatus enim Cicero non solum significat, Salustium jam ex Africa reducem factum, sed etiam historias jam ab eo scriptas esse dicit (cfr. Cic. declamat. in Sal. cap. 3. *Neque te tui piget, homo levissume, cum ea culpas, quae in historiis mihi gloriae ducis*). Sed eo tempore Salustius haud amplius in senatum venisse videtur, quippe qui reliquam aetatem procul a republica habendam decreverit; cfr. Jugurtha c. 4. *quae genera hominum in senatum pervenerint.* Fieri igitur non potuit, ut eo tempore cum Cicerone in senatu altercaretur. Quas igitur grammatici commenti erant inimicitias, quae Ciceroni cum Salustio intercesserint, eaedem declamatoribus harum orationum scribendarum materiem dedisse videntur. In Cicerone enim accusando et defendendo inprimis occupatos fuisse illos rhetores, docent controversiarum exempla, quae Seneca suasoriarum libro proposuit. Jam cum satis exploratum esse videatur, quinam libri ex Salustianis monumentis genuini habendi sint, antiquorum scriptorum testimonia de illis addere placet, ut priscorum criticorum auctoritate moveantur, qui his de rebus disputare neque sui judicii, neque suarum virium esse putant 41). Accedit, quod his judiciis, accuratius perpensis, de oratione Salustiana multo rectius statui, et quae propria ejus sit ratio, perspici potest.

Jam Salustium antiquorum verborum fuisse amantissimum et recentiorum etiam priscam significationem quam maxime esse secutum, cum ex historiarum libris intelligitur, tum multorum judiciis est comprobatum. Nam et Augustus

---

41) Suarum virium esse putant. De declamationis in Ciceronem auctore si praetereundem puto, nemo id vituperabit, quum hodie vix quisquam sit, qui tam putidam conviciorum congeriem Sallustio tribuendam putet, praesertim quum quae a Viris Doctis ad istas ineptias Sallustio abjudicandas prolata

eum verba ex Originibus Catonis excerpsisse dicit (cfr. Sueton. Octav. c. 86.) et auctor epigrammatis, de quo supra 42) memoratum est, atque Lenaeus idem statuerunt. Etiam Asinius Pollio librum scripsit, in quo Salustii scripta reprehendit, ut nimia verborum affectatione oblita (cfr. Sueton. de claris Grammaticis c. 10 et 15.). Sed hunc antiquitatis amorem potius laudaveris, quam damnaveris: hoc enim studium Salustium prohibuit, quo minus imitatorum stultorum vestigia sequeretur, quibus ex Graecis scriptoribus flosculos colligere, summa laus esse videbatur, et bene Quintilianus de priscorum verborum gravitate (Institt. Rhetor. I. 16. 39.): „Verba a vetustate repetita, non solum magnos assertores habent, sed etiam afferunt orationi majestatem aliquam, non sine delectatione; nam et auctoritatem antiquitatis habent et quae intermissa sunt, gratiam novitati similem parant.“ Quam dignitatem orationis Salustianae, quis est, quin intellexerit? Sed Aulus Gellius, qui et ipse Salustium novatorem verborum et proprietatum in verbis retinentissimum dicit (cfr. Noctt. Att. 1. 15 et 10. 20.), bene monet, hoc orationis exornandae studium multos habuisse obtrectatores (cfr. Lib. IV. c. 15): *Elegantia orationis Salustii, verborumque facundia et novandi studium cum multa prorsus invidia fuit, multique non mediocri ingenio viri conati sunt reprehendere pleraque et obtrectare, in quibus plura inscite aut maligne vellicant, nonnulla tamen videri possunt non indigna reprehensione.* In plurimis vero malignos sese praebuisse reprehensores, patet ex iis, quae Aulus Gellius ex illorum commentariis laudavit. Cfr. X. 26., ubi eum defendit, quod maris transitum navibus factum *transgressum* appellaverit, et IV. 15. ubi de significatione vocis *ardui* subtilius disputat Salustiumque ab Asinii

---

sunt, nuper a Gerlachio luculenter sint exposita, ut rem confectam et dubitationi nulli obnoxiam hic repetere alienum videatur. Kritzius.

42) Supra. Cf. qq. adj. sub 34.

Pollionis iniqua objurgatione defendit. Is enim, gravissimus Romanorum scriptorum censor, cum alia tum hoc erravit, quod, Attejum Philologum Salustio antiqua verba et figuras solitum esse colligere, dixerat; credo, quod is Grammaticus Salustium familiarissime coluit et breviario rerum Romanarum, ex quibus, quas vellet, eligeret, instruxit (cfr. Sueton. de Illustr. Gramm. c. 10.). Ceterum obscurum esse Salustium et audacem in translationibus, Suetonius et ipse affirmat (cfr. l. c.). Sed alii alia vituperant. Trogus Pompejus enim in eo reprehendit, quod conciones directas et orationes 43) operi suo inferendo historiae modum excesserit (cfr. Justini Hist. Lib. XXXVIII. c. 3.).

De Livio Seneca (Controvers. 24. p. 274. Ed. Bip.) „Titus autem Livius tam iniquus Salustio fuit, ut hanc ipsam sententiam *res secundae mire sunt vitiis obtentui*, Graece: *δειναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα* et tanquam translatam et tanquam corruptam, dum transfertur, objecerit Salustio. Nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum praeferat, laudat quem non timet: et facilius putat posse a se Salustium vinci, si ante a Thucydide vincatur.“ Etiam hoc ad Salustium pertinere putaveris, quod Seneca (Controvers. 25. p. 284.) Livium dixisse memoriae tradit. T. Livius de oratoribus, qui verba antiqua et sordida consectantur et orationis obscuritatem severitatem putant, ajebat Miltiadem rhetorem eleganter dixisse *ἐπὶ τὸ πλησίον μαίνονται*. Unde efficitur, Livium ob pravam quandam aemulationem Salustio infestum fuisse.

Ipse Quintilianus (Institt. Rhetor. 3. 10.) id ei vitio vertit, quod in bello Jugurthino et Catilinario nihil ad historiam pertinentibus principiis orsus sit. Atque alio loco (IX. 3.)

---

43) Quod conciones directas et orationes. Cf. Justin. Hist. L. XXXVIII, c. 3. ad fin., ubi: Quam orationem dignam duxi, cujus exemplum brevitati hujus operis insererem, quam obliquam Pompejus Trogus exposuit: quoniam in Li-

(si quidem hanc reprehensionem dixeris) ex Graeco translata Salustii plurima dicit et (X. 3.), ex ipso opere manifestum esse laborem. Immo Cassius Severus, celeberrimus orator, (de cujus laudibus cfr. Senecam rhetorem Excerpt. Controvers. III. praefat.) Salustii orationes in honorem historiarum legi judicabat (cfr. Senec. l. c.).

Sed etiamsi non defuerunt, quibus Salustianum dicendi genus minus probaretur, tamen aequos etiam judices habet vir ille praeclarissimus, quorum testimonia graviora dixeris, quam malevolorum invidiam. Thucydidis enim laudes eum aequasse auctores statuerunt. Nam Vellejus Paterculus (II. 36.) eum aemulum Thucydidis dicit: et in eandem sententiam Quintilianus dicit (Institt. Rhetor. X. 1.): „At non historia cesserit Graecis nec Thucydidi opponere Salustium verear;" idemque paulo infra Romanum historicum cum Graeco confert his verbis: „Attici, praecisis conclusionibus obscuri, Salustium atque Thucydidem superant." Seneca in loco supra laudato, ubi Salustium a Livio vituperatum narrat, quod Graeca male expresserit, haec animadvertit: (Excerpt. Contr. IX. 2.) *Cum sit praecipua in Thucydide virtus brevitas, hac eum Salustius vicit et in suis eum castris cecidit. Nam in sententia Graeca tam brevi habes, quae salvo sensu detrahas. Deme vel συγκρύψαι vel συσκιάσαι, deme ἑκάστων, constabit sensus, etiamsi non aeque comtus, aeque tamen integer. At ex Salustii sententia nihil demi sine detrimento sensus potest.* Et hanc quidem Salustianae orationis virtutem plurimi auctores certatim alius alio elegantius maximis laudibus celebrant. Aulus Gell. (N. A. III. 1.) eum *subtilissimum brevitatis artificem* dicit. Quintilianus (Instt. Rhetor. V. 1.) in ean-

vio et in Sallustio reprehendit, quod conciones directas pro sua oratione operi suo inserendo historiae modum excesserint." Numne Gerlachius cum libris melioris notae e t o r a t i o n e s pro pro s u a o r a t i o n e teneat, an ipse mutaverit, nescimus.

dem fere sententiam: *Neque illa Salustiana brevitas, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas potest esse perfectius, apud occupatum variis explicationibus judicem et saepius ineruditum captanda est nobis.* Idemque alio loco IV. 1.: *Vitanda illa Salustiana, quanquam in ipso virtutis locum obtinet, brevitas et abruptum sermonis genus, quod otiosum fortasse lectorem minus fallit, audientem transvolat, nec dum repetatur, exspectat.* Alio loco X. 1. eandem *immortalem illam Salustii velocitatem* dicit. Macrobius (Saturnal. V. 1.) similiter disputat: *quatuor sunt genera dicendi: copiosum, in quo Cicero dominatur, breve, in quo Salustius regnat,* etc. Etiam Sidonius Apollinaris hanc propriam Salustii laudem esse dicit (cfr. in Panegyr. Anthemii Augusti vs. 190. seqq.), *qua Crispus brevitate placet, quo pondere Varro, quo genio Plautus, quo flumine Quintilianus, qua pompa Tacitus, nunquam sine laude loquendus;* cfr. etiam Statii Silv. Lib. IV. 7. sub. fin., ubi Salustius *brevis* dicitur. Hujus quidem virtutis originem Seneca Philosophus ad morem saeculi refert: (Ep. CXIV.) *Salustio vigente amputatae sententiae et verba ante exspectatum cadentia et obscura brevitas fuere pro cultu.* Sed hac in re minus recte eum vidisse putaverim, cum alii plane diverso dicendi genere usi fuerint. Sed hanc ipsam ob brevitatem recte Quintilianus judicat, (Instt. Rhet. II. 5.) Livium a pueris magis legendum, quam Salustium, et hunc historiae majoris esse auctorem, ad quem tamen intelligendum jam profectu opus esse. Sed in qua re historici virtus quam maxime versatur, fidem dico, hanc quoque laudem Salustio tribuunt. Cfr. Vibium Sequestrem in Lib. de fluminibus, ubi Salustius *auctor certissimus* dicitur. Festus Avienus in Ora maritima vs. 32. sqq., haec de Salustio canit:

> Interrogasti, si tenes, Maeotici,
> Situs quis esset aequoris, Salustium
> Noram id dedisse, dicta et ejus omnibus
> Praejudicatae auctoritatis ducier,
> Non abnuebam; ad ejus igitur inclytam
> Descriptionem (qua locorum formulam,

Imaginemque expressor efficax stili
Et veritatis, pene in obtutus dedit,
Lepore linguae) multa rerum junximus.

Auctor certissimus Salustius etiam ob Hieronymo appellatur, (de loc. Hebraicis cfr. Opp. T. III. p. 202.) et iisdem verbis Isidorus Origg. XIII. 21. Augustinus de Civ. Dei I., 5. *nobilitatae veritatis historicum* et Ep. V. ad Marcellinum *nobilissimum historicum* eum vocat. Immo Martialis eum omnibus historicis Romanis praeferendum esse censet. Cfr. Lib. XIV. Epigramm. CXCI.

Hic erit, ut perhibent doctorum corda virorum,
Crispus Romana primus in historia.

Denique ut leviusculorum hominum opinionibus gravissimi viri interponam judicium, Tacitus ipse Salustium rerum Romanarum florentissimum esse auctorem judicat, cujus testimonii nescio an tanta sit auctoritas, ut Salustianae orationis obtrectatorum vociferatio unius viri judicio refelli posse videatur.

Jam varia antiquorum auctorum testimonia examinare et quid verum sincerumque sit, disputare, ut ad explicandum difficillimum, ita non hujus loci esse videtur. Nam nisi singulis examinatis hac de re nil certi statui potest. Quare magis mihi ea ratio probatur, ut quid de oratione Salustii sentiam, sub calcem libri fusius exponam. Quae enim de scriptorum indole disputantur, fidem non habent, nisi exemplis illustrantur. Quorum ut satis magna sit auctoritas, in commentariis diligenter exposita atque illustrata sint necesse est. Quare orationis Salustianae explicatio commodius commentariis adjungi quam praemitti posse videtur.

Ceterum cum tanta esset Salustianae historiae admiratio, inde factum puta, ut non solum exempla locutionum ex ejus historiarum libris colligerent, (cujus rei exemplum est collectio olim Arrusio Messo, jam Cornelio Frontoni adscripta) sed etiam ex Latino in Graecum sermonem a Zenobio conversae

sint ejus historiae 44). Id quod ab eo susceptum esse putant auctore Hadriano imperatore, qui generis dicendi vetusti amantissimus fuisse a Spartiano dicitur. Accesserunt interpretes, qui ut alii Horatii, Virgilii atque Ciceronis, ita Salustii scripta interpretarentur. Et Aspri quidem commentarios in Salustium non solum Hieronymus (adv. Rufin. 1. 16) sed etiam Charisius grammaticus saepius laudat, cfr. Grammaticae Latinae Auctt. Antiq. Ed. Putsch. p. 177. L. 23. p. 187. L. 6. p. 191. L. 25. p. 192. L. 42. 45. Idem etiam Statilii Maximi commentarios in Salustium laudat, p. 176. L. 45. Sed non solum Grammaticis atque Rhetoribus Salustianae historiae praestantissimae videbantur, sed ipsi historici Salustii acumen et parcimoniam, quam dicunt, in scriptis suis expressisse, summae sibi laudi esse dixerunt. Ac primus quidem Vellejus Paterculus videtur imitatus esse Salustium. De illo enim praeclare Ruhnkenius (praef. sub fin.): *hunc enim unum* (scil. Salustium) *sibi imitatione effingendum sumsit, ab hoc illud artificium indolis humanae describendae didicit, hujus aemulatione efficax est, et brevitate nervosus, ab hoc denique totus ita pendet cum in verbis tum in orationis structura, ut magnopere mirandum sit, rem tam manifestam viros eruditos fefellisse.* Salustianus etiam Tacitus jure dicitur, sed quale fuit summi viri ingenium, non in verbis haesit, sed in totius orationis conformatione vim stili Salustiani expressit. Insano quodam Salustium imitandi studio flagrasse videtur Arruntius, belli Punici scriptor, quantum ex Senecae oratione colligas 45).

---

44) A Zenobio conversae sint ejus historiae. Cfr. Suid. Tom. II. s. v. *Ζηνόβιος* (et tom. III. p. 267.) *Ζηνόβιος ἔγραψεν μετάφρασιν ἑλληνικῶς τῶν ἱστοριῶν Σαλουστίου. τοῦ Ῥωμαικοῦ, καὶ τῶν καλουμένων αὐτοῦ βελῶν,* Gerl.

45) Ex Senecae oratione colligas. Cfr. Ep. 114. cfr. Opp. Tom. IV. p. 89. Ed. Bipont. Est apud Salustium: exercitum argento fecit: i. e. pecunia paravit. Hoc Arruntius amare coepit: posuit illud omnibus paginis. Dicit quodam loco: fugam

Praeterea Salustii imitatores numerantur Septimius nescio quis, Sulpicius Severus et Pseudo-Hegesippus, qui quidem, inferioris ordinis homines, brevitatis certam quandam speciem captant, verba Salustiana sectantur, et satis habent, tropos quosdam atque figuras, Salustio usitatas, in libros suos transtulisse. Quod quidem imitandi studium ne a medii quidem aevi scriptoribus alienum fuit. Recentiores auctores quod attinet, Hispanos inprimis Salustianum dicendi genus affectasse satis constat. Jam philologorum, qui in eo illustrando elaborarunt, fere nullus fuit, quin summis laudibus et orationem et oeconomiam historiarum celebrarent: sed hactenus.

---

nostris fecere. Alio loco: Hiero rex Syracusanorum bellum facit. Et alio loco: quae audita Panormotanos dedere, Romanis fecere. Gustum tibi dare volui. Totus hic contexitur liber. Quae apud Salustium rara fuerunt, apud hunc crebra sunt et paene continua, nec sine causa. Ille enim in haec incidebat: at hic illa quaerebat. Vides autem, quid sequatur, ubi alicui vitium pro exemplo est. Dicit Salustius: aquis hiemantibus. Arruntius in primo libro belli Punici ait: repente hiemavit tempestas. Et alio loco cum dicere vellet, frigidum annum fuisse, ait: totus hiemavit annus. Et alio loco: inde sexaginta onerarias naves, praeter militem et necessarios nautarum, hiemante aquilone misit. Non desinit omnibus locis hoc verbum infarcire. Quodam loco Salustius dicit: inter arma civilia aequi boni famas petit. Arruntius non temperavit, quominus primo statim libro poneret, ingentes esse famas de Regulo. Gerl.

RECENSUS

LIBRORUM MANU SCRIPTORUM.[46)]

(Auct. Fr. Doroth. Gerlach.)

Glareano Aldi et Julii Gothi codices subsidio fuerunt; quos rarissime laudat, quare, quanti sint faciendi, incertum est. — Inter praestantiores referuntur Rivii libri, Merseburgensis et Fabricianus, quem dicit, quod a Fabricio ejus inspiciendi copia ei facta est. De ceteris, quos laudavit, nihil constat. — Ciacconii codices tres numerantur, unus qui Catilinam et Jugurtham complectitur, mediocris; duo litteris Longobardicis exarati, quorum ope pauca in orationibus et epistolis ex Historiarum fragmentis emendavit. — Aldus Manutius et ipse tribus Mss. usus est, qui A. Casarii Caesenatis, P. Hyantophii Sabini et F. Ursini fuisse dicuntur; bonae notae libri, quan-

46) Recensus librorum manuscriptorum. Librorum, qui opera C. Sallustii Crispi continent, manu scriptorum tantam multitudinem esse, quantam vix ullus unquam collaturus sit, satis constat. Itaque ea, quae Gerlachius exaravit, repetere, quam fines consilii nostri emigrando operam perdere maluimus. Ne classibus quidem, quas captant, codicum eligendis studuimus. Recte enim et juste de hac re, aditu fere difficiliore, Gerlachius monere videtur (Vol. II. P. I. p. 48.): „Vir doctus, qui nuper (in Ephemerid. Literar. Jenens. MDCCCXXIV.

tum ex iis conjicias, quae laudavit Manutius. — Cyprianus a Popma sex Codd. Mss. in Salustio emendando adhibuit; ex Bibliotheca D. Martini primum, Lovaniensem, Genepeum, Martinianum, quem Coloniae inspexerat; librum Guilielmi Canteri, nec non Codd. lectiones, quibus antea usus erat Vincentius Castilioneus; accedunt alii, quorum virtutem amplissimis verbis extollit, sed nihil de iis notavit. Ne reliquorum quidem rationem satis cognitam habemus, quia Popma conjecturas captare qnam Codd. lectiones reponere maluit. — Carrio ad fidem trium Codicum Catilinam et Jugurtham correxit. Excussit Buslidianum, ex collegio Buslidiano, Gemblacensem, praestantissimos libros, eumque, qui olim fuerat D. Benigni Divionensis. In fragmentis recognoscendis libri Nicolai Fabri, Cardinalis Briconeti et Vaticanus optimus ei magno auxilio fuerunt. — Uno Mediceo fluxae fidei usus est Petrus Victorius, uno Romano, neque eo meliore, Ursinus. — Jano Mellero Palmerio multorum Codicum evolvendorum copia fuit, To-

---

Novbr. p. 290.) censorium munus usurpavit, (invita quidem Minerva, si quid video), mihi vitio vertit, quod Codd. Mss. Salustianos non in classes et familias digesserim, et quo majoris etiam me erroris convincat, me ipsum, quod improbaverim, facere dicit, quippe qui alios libros meliores, alios deteriores dixerim. Sane si hoc est in classes distribuere, recte judicat criticus ille acutissimus, et nihil facilius, quam stemmata ista Codd. Mss. conficere. Sed mihi quidem persuasum est, hoc fieri non posse nisi unum certe sit auctoris alicujus exemplum ceteris multo antiquius et satis emendatum. Haud facile enim de vero et incorrupto auctorum sermone judicium facias, quorum proprietatem et integritatem expressam non vides. Neque quis dixerit, vera a falsis distinguere proprium criticorum esse munus; nam in scriptura auctoris, qui a vulgari loquendi usu recedit, multa probabilia dicere licet. Non quaeritur, quae Graece vel Latine dici possint, sed quaenam lectio auctoris cujusdam proprietati maxime respondeat. Eam alii aliam sibi fingere solent, quod quidem nescio an ad ullum scriptorem magis quam ad Salustium pertineat, quem multi quidem admirati

losani, Bertiniensis, Sigeburgensis, praeterea Modii, Brunnii, Stanaei librorum, et fragmenti Coloniensis; sed ea solum ex iis laudavit, quae ingenio rerum novarum cupidissimo grata fuerunt, et in omnia alia abire, quam librorum Mss. auctoritatem expendere maluit. — Ne PUTSCHIUS quidem, praeclari ingenii vir, et de Grammaticorum antiquorum studio optime meritus, ea, qua religiosum testem decet, diligentia Codd. lectiones notavit, quod magis etiam dolendum, quod bonos libros Rittershusii, Ciacconii, Cuiacii Vaticanum, Augustanos, Bongarsii schedas, praeterea proprium librum, qui nunc est Bibl. Lugdunensis, ei in promtu fuisse constat. — Multo accuratius GRUTERUS Codices examinavit, quos optimos habuit Bibliotheca Palatina, cui erat praefectus. XIV. Codd. copiam ei suppeditavit, de quibus passim, quae memoratu digna videbantur, notavit. Commelianum dicit ipsa vetustate exesum, Palatinum Nazarium ex optimis libris, qui usque ad Jugurthae

---

sunt, sed pauci intellexerunt; suspecta enim illa facilitas falsos eos habuit. Unde fit, ut, nisi quis bonis codicibus usus fuerit, acutius quam verius judicet. Multas Cortii conjecturas, (immo ipsius Bentleji in Horatii carminibus), magis laudaveris quam probaveris. Sed cum nullus Salustianorum Codd. ante Saec. X. scriptus esse videatur, cum ii, qui optimi esse putantur, Guelferbitanus V. Basileensis I. et Vaticanus a. (nam de Nazariano et Commeliano veteribusque melioris notae libris nihil certi statuere licet) non paucis locis inter se differant, nec minor sit ceterorum librorum, qui amplius centum et quinquaginta numerantur, diversitas: quae tanta erit critici alicujus sagacitas, qui nos doceat, ex quonam fonte tanta ista variantium lectionum farrago fluxerit. Haud dubie grammaticorum antiquorum prava diligentia et librariorum errores multa turbarunt, sed id quaeritur, cujus libri scriptura ad incorruptum auctoris sermonem proxime accedat, seu potius eum exprimat. Quod nisi exploratum fuerit, de classibus et familiis Codd. multa hariolari, sed nihil certi statuere licet." Haec GERLACHIUS. Respondent, quae eadem de re adfert KRITZIUS. „Hoc unum addere placet, inquit v. d. [Vol. I. praef.

c. XC. pertinet. Ceteri pro sua quisque bonitate numeris distinguuntur. Recentissimum Pal. XII. scriptum narrat MCCCLVII; Pal. IX. litteris esse evanidis, et saepius ab alia manu corruptis, cum scripturae veteris vestigia non ubique servata sint. Id quod etiam Nazario libro accidit. Pal. II. inter aniles refert membranas, Pal. III. interdum bene monere, sed male a glossographis acceptum dicit. — Amplius septuaginta libris se usum esse Wassius confirmat, sed de paucis accuratius egit. Laudat codicem ex Bibliotheca D. Martini ei oblatum, in membrana pulchre sed recenti manu exaratum; alium non multo vetustiorem, litteris scriptum minusculis, et mala manu interpolatum, quem ei suppeditavit Bibliotheca Publica. Optimae notae tertium dicit, cujus inspiciendi copiam ei fecerunt eruditi Pembrochienses. Praeterea alios duos, pares bonitate accepit ab Hadriano a Mark (Mark. Γ. Δ.). Accesserunt lectiones variantes sex Codd. Oxonien-

---

p. XXV.], me non magis quam Gerlachium codicum, quas dicunt familias investigare potuisse, quamquam ut id fieri posset summa cura scripturas ponderavi et inter se contuli, quo eorum certe satisfacerem desideriis, qui, nisi in ipso operis introitu familias istas et classes dispositas vident, continuo clamant, frustra elaboratum esse, neque ullam scriptori salutem nisi ab eo, qui classes noverit et constituerit, sperari posse. Sed viderint isti, num ad certam aliquam et communem originem revocari possint libri, qui, quum aliquot locis conspirent, ibi, ubi maxime eorum consensum requiras, non modo inter se ipsos magnopere discrepent, sed etiam cum aliis congruant, a quibus plerumque diversissimi reperiuntur. Mihi quidem in tanta codicum multitudine vix potuisse fieri videtur, ut antiqui cujusdam libri scriptura integra nullisque progressu temporis aliorum librorum illatis lectionibus per tot saecula propagaretur; sed quum nullus scriptor frequentius Sallustio legeretur ac describeretur, multiplici via aliorum codicum scripturas in alios migrasse probabile est, ut ita confusas et varie commixtas non modo lubricum, sed paene temerarium sit ad suum quasque fontem referre velle. Neque vero ea res obest, quominus, qui libri ceteris praestent et imprimis se-

sium, multorumque aliorum librorum, quos accuratius non descripsit. In praestantissimis numerat Arondelianum, qui olim fuit Bilibaldi Pirkheimeri, atque Regium, quem ei obtulit Bentleius. — Multo accuratius CORTIUS libros Mss., quibus usus est, examinavit atque descripsit 47). Fabricianos in membranis accuratissime scriptos ei obtulit Jo. Albertus Fabricius. Eorum prior, Cortio judice, excedit aetatem septingentorum annorum, multa enim antiquitatis vestigia deprehendes. Glossae rarissime receptae, passim corruptus est a correctore, sed ut facile primas lectiones adsequaris. Alter paullo junior, forma, ut ajunt, octuplici, sed haud protritae auctoritatis. Immo Cortius eum priore haud deteriorem dicit, quam rem aliter sese habere, lectiones, quas ipse attulit, satis superque docent. Remenses dicit varias lectiones, quas Gudius ex duobus Codd. Remensibus Salustiano exemplari adscripserat. Prior scriptus anno MCLVIII. litteris aequalibus, non invenustis, erat forma oblongiore, ut quartam paullo excederet. Alter, manu antiquiore, immo accuratiore exaratus in membrana formae quartae, aetatem annorum amplius septingentorum prae se tulit; hacc Gudius, sed parum diligen-

quendi sint, certo judicio intelligatur, quum quo pluribus locis codicis cujusque lectiones, accurate examinatae et ponderatae, verae reperiantur, eo melioris notae liber jure censendus sit. Qui autem jam prioribus editoribus prae ceteris eminere visi sunt, velut Nazarianus, Commelianus, Vaticanus A. qui orationes continet, Guelferbitanus V., Basileensis I., Leidensis L., Fabricianus I., et Tegernseensis, iidem et mihi tales se probarunt, eosque ubique intelligi volo, ubi in universum aliquam scripturam optimorum librorum auctoritate confirmari dixi." — Vix est, quod addamus, nos ea, quae huc pertinere viderentur, huic dissertationi Gerlachianae tam ex editionibus recentioribus, quam e schedis nostris s. l. adspersisse.

47) Cortius — descripsit. Ea, quae GERLACHIUS, tamquam a suo proposito aliena, omisit, in commentariis ipsis s. l. notabimus. Ipsum GERLACHIUM addere, se, quantum fieri potuisset, CORTII verba retinuisse, non est, quod repetamus.

ter examinati fuisse videntur. Guelferbitanus I. in Gudiana Bibliotheca, ubi olim asservatus est, Num. 279., in membrana est luculenter scriptus et glossis antiquis ad marginem passim ornatus. Fuerat olim Bernhardi Rottendorffii; quo saeculo scriptus sit, incertum. Guelf. II. (Num. 68: 16. inter Mss. Guelf.) ejusdem aetatis esse videtur. Habet membranas octuplicibus minores, et accurate quidem scriptus, sed magis a correctore corruptus est. Haud junior Guelf. III. (Num. 50: 4.) in membranis octuplicibus ab antiquissimo exemplari descriptus. Magno Cortio usui fuit, bello maxime Jugurthino. Geminam Crispi brevitatem passim expressit, passim glossas, sed eruditas, recepit. Ubi prior librarius omiserat, quae integro sensu abesse non poterant, alia manus vacua spatia explevit. Guelf. IV. 48), forma quadrata; lectiones, a priore manu scriptae, satis bonae, sed litterae multis locis vetustate evanidae et priora folia lacerata; quae secunda manus adjecit, multo recentiora sunt. Multa enim inter versus adjecta, et aliena auctoris verbis addita. Guelf. V. in vetustissimis membranis exaratus, quae ne compactae quidem sunt. (Num. 17. aut 116.) Haud integer est, nam deficit B. Iug. c. 15. ab initio. Litterarum praefert figuram, quae solet esse seculis X. et XI. Hunc librum omnium optimum esse judicat Cortius; sed quae post principium orationis Caesaris sequuntur, non eadem religione exarata sunt. Guelf. VI., membranaceus, forma octuplici, (Num. 51.: 12.) auctoris quidem verba integra, sed multas quoque glossas continet, in bello Jugurthino triginta ferme folia desiderantur. Guelf. VII. (in bibl. Gud. 296.) membr. et elegans, quo tempore ars typis scribendi orta erat, scriptus esse videtur. Catilinam, Jugurtham, et Declam. in Ci-

48) Guelf. IV. Dedimus, quod h. d. dandum erat, Guelf. IV., nec vero, ut in ed. Gerlach., Guelf. V. Sicuti hic, ita in multis aliis locis menda, quae operarum correctorumque oscitantia in splendidissima editione intacta reliquit, quantum fieri potuit, correximus.

ceronem complectitur. Guelf. VIII. Chartaceus, plerasque prioris lectiones retinet, in primo capite belli Jugurthini deficit. Guelf. IX. (Num. 17: 21. 2.) circa saeculum XIII. scriptus, Chartaceus; scriptura satis religiosa, sed codices non optimos expressit. Guelf. X. (ex Gudian. 295.) non ita quidem vetustus, ut vel proximo praeferri possit; minime tamen omnium correctorem expertus est. Guelf. XI. (Num. 12: 10.) Membran. forma quadrata. Externo splendore insignis; litterae auro, minio variisque coloribus distinctae, initio saeculi XV. scriptus est. Guelf. XII. Membran., forma quadruplici oblonga (Num. 6: 2.), litteris elegantissimis scriptus, sed a capite ad calcem a correctore recensitus, qui multa immutavit, plura addidit, plurima erasit. Vinariensis I., qui aliquando Reinesii, postea Schurtzfleischii fuerat, forma oblonga, in membranis nitide scriptus, saeculo X. vel XI. Misere interpolatus meliores modo, modo deteriores lectiones confirmat. Vinariensis II. Membran. forma octuplici, scriptura elegantissima atque accuratissima, pariter atque in Guelf. XI. ornata, saeculo XV. scriptus est et melioribus libris adnumerandus. Eccardianus ab Eccardo, Bibliothecae Hannoveranae praefecto, Cortio transmissus et Vinariensi I. simillimus, ad fidem optimi libri a librario negligenter exaratus est. Struvianus, qui olim Rittershusii fuerat, jam antea a Putschio et Colero excussus, a Cortio, cui ejus inspiciendi copia a Struvio facta erat, denuo examinatus, recentior est atque male habitus a correctoribus. Academicus Lipsiae in Bibliotheca Paulina asservatur, satis corruptus et eo maxime laudandus, quod lectionum corruptarum origines inde cognoscas. Catilinam Jugurtham et Declamationem utramque continet. Senatorii duo, et ipsi Lipsienses, bibliothecae senatoriae libri, e melioribus sunt. Prior Membranaceus, forma majore in duas quas dicunt columnas distinctus, et adeo religiose scriptus est, ut ejus auctoritati haud temere obnitendum sit; saeculo XIII. scriptus esse videtur. Ubique fere cum Bas. I. et Fabr. I. consentit. Aliquoties tam docte errat, ut vel prudentissimo fucum facere queat.

Alter est quidem Chartaceus, sed eadem religione ab initio maxime scriptus; saepius Commeliani lectiones confirmat, et vetustissimum exemplar librarius secutus esse videtur. Ei simillimus Heussianus, Heussii cujusdam apud Memmingenses olim antistitis, liber. *Incertos* dicit Cortius varias lectiones, a Schelhornio in margine editionis Gryphianae notatas. Francianus liber, qui olim P. Francii fuerat, recentior et corruptissimus est; cujus paucas lectiones Cortius sub finem Catilinae notavit. Vratislavienses haud melioris sunt conditionis, quorum varias lectiones Cortius soli Jugurthae adscripsit, bellum enim Catilinarium typis jam exscriptum erat, cum ei transmissi sunt. Primus Membran., forma quadrata, diligenter et perspicue scriptus est. In fine legitur: „Nicolaus Phileticus hunc libellum scripsit, anno Domini Mille CCCC 57." Paulo vetustior est secundus, eadem forma, sed foliis membranaceis et chartaceis junctis, ut Guelf. X., cui etiam litterarum ductus simillimi sunt. Tertius Chartaceus recentissimus et negligentissime scriptus est. Ceterum omnes ad meliorum librorum auctoritatem firmandam utiles, praeterea, qua de causa alii libri multis in locis corrupti sint, ex iis intelligas. Bergerianus, ex Bibliotheca Misenensi, saeculo XIV. scriptus esse videtur. Ex eo paucas lectiones Cortius notavit, quia, quo tempore eum inspexit, opus paene absolverat. Gudianus (bibl. Gud. 181.) Membr. cum alia Ciceronis opuscula, tum declamationes, quae Crispo adjungi solent, continet. Haec de Mss. Cortianis.

Cod. Tegernseensis, in bibliotheca monasterii Bavarici olim asservatus, jam haud dubie Monacum translatus, membr. forma octava, antiquissimus et nitore insignis, continet *Salustii et Ciceronis invectivas, quatuor Ciceronis orationes in Catilinam, bellum Catilinarium et Jugurthinum.* Litterarum ductus sunt venusti et crassiores, pauca, quae facile intelligas, occurrunt scribendi compendia, id quod libri antiquitatem atque auctoritatem satis ostendit. Pauci tantum versus antiquitate et usu aliquantum oblitterati. In fronte codicis Bibliothecarius notavit, eum a Comarco Framundo, presbytero et monacho Tegernseensi, cir-

ca initium saec. XI. scriptum fuisse. Sed Salustii historiae haud eadem manu, qua Ciceronis orationes, scriptae esse videntur 49).

Leidenses libri, qui XI. numerantur, ab Havercampio excussi, et varietas lectionis textui Wassiano adscripta est. Ceteris meliores esse judicavit, qui litteris i. k. notati sint. Sed Vossianum (Cod. L. nam olim Vossii fuerat) longe praestantissimum esse, de ceteris nihil addidit 50). Sed pluribus eorum haud ita multum esse tribuendum, vel inde patet, quod Chartacei sunt, atque saepius pessimorum librorum lectiones confirmant. Immo, quod pace doctissimi viri dixerim, non satis accurate varias lectiones notasse mihi videtur; nisi statueris, temerarias interpretum conjecturas codicum auctoritate confirmari. — De Parisinis libris, quos nuperrimus Salustii editor contulit, parum habeo dicere. Ex multorum, qui ei suppetebant, codicum copia, quinque solos inspexit, ex quibus paucas lectiones notaret, ceteros enim esse recentiores; sed fastidium, credo, creavit homini, tanti laboris insolito, plurimo-

---

49) Sed — videntur. Cod. Tegernseensis conferendi cum nulla nobis sit facultas, de hac re certi quid addere non possumus. Ea, quae Gerlachius de codice Erlangensi addidit, omisimus, quippe eum, quem a capite ad calcem diligenter examinavimus, ipsi descripturi. V. infra.

50) De ceteris nihil addidit. Sub fin. praef. in ed. Havercampi haec occ. „C. Crispi Sallustii codices mss. quibus usi sumus, earumque notae. A) Ms. Chartaceum ex Bibl. Leidensi in f. p. 325. n. 19. B) Ms. Chart. ibid. in f. p. 327. —50. C) Chart. ibid. in f. min. p. 327 — 63. D) Ms. Membran. in f. ibid. p. 494. — 12. E) Membr. in fol. ibid. p ..... 9. A. F) Membr. in 4. ibid. p. 330. — 125. G) Chart. in 4. ibid. p. 494 — 12. H) Membran. in 4. ibid. — 158. A. I) Membr. in 8. ibid. p. 333 — 193. K) Membr. in 8. ibid. p. 389. — 75. L) Membr. optim. in 8. ibid. p. 289. — 73. — in fine incendio lacerum. M) Membr. olim Petri Francii, in catalogo librorum ejusdem p. 94. num. 600. in 4. forma oblonga; inde emtus in Angliam missus est. N) Editio Romana antiquissima anni 1470."

m librorum examen accuratissimum. Quam socorde egerit 51), l inde colligas, quod saepissime Editores Bipontinos secu- s est, quos Salustium et Tacitum maxime corrupisse satis nstat. — *Basileensis* I. (E. III. 7.) forma oblonga, litteris ngobardicis, quas dicunt, exaratus, optimae notae et anti- issimus codex, quem Gundlingius Carolingorum aevo, Ise- is nono vel certe decimo saeculo scriptum esse judicavit. scriptus est *Cr. Salustius de bellis Catiline et Jugurthe G. XXXXVI.* Addidit in prima pagina manus recentior: *Li- r Carthagusinus in Basilia, perveniens a. d. Johanne de apide, confratre nostro, continens Salustium de bellis Ca- line et Jugurthe.* In altera pagina folii primi pauca de com- endiis scripturae, ex Isidoro exscripta, leguntur. Insunt multa teris orthographiae vestigia, sed saepius a correctoris anti- ii manu restituta: v. c. *intellego, neglego, neglegentia, agen- s, occursantis, navis* (acc. plur.) *dis*, *quis* (quibus), *isdem*, *olgus*, *volt*, *avortere*, *divorsi*, *jocundiora*, *cotidie*, *cocus*, *ichi*, *estumo*, *existumo*, *lacrumas*, *lubido*, *proxuma*, *fa- undi*, *boccus*, *adulescens*, *optumus*, *maxumus*, *finituma*, *mptare*, *accersere*, *plebes* et *pleps*, *quicquid*, *praesidi* (gen. ng.). Rarius voces ita scriptae, ut etymologia exprimatur: *ltendo*, *adsedit*, *inbecilla*, *adrogant*, *inlectus*. *h* littera odo sublata, modo addita: *cohercitum*, *harena*, *honeri*, *istri- es*, *ortatur*; leguntur quoque *dampno*, *contempno*, *con- mpnatus*; *e* et *ae* saepissime mutata; *m*, *us*, *ur* in fine vo- m per compendia scripta; ab initio haec quoque occurrunt: *xi* (nostri) *gla* (gloria) et id genus alia. Glossae interlinea-

51) Quam socorde egerit. Nim. ag. de ed., quam cur. J. L. Burnouf. Paris ap. Nicolle, 1822. Addit Gerlachius: Codices Bibliothecae Regiae Parisinae, quos Burnufius consuluit, ita describit. „a) n. 5758. b) n. 5742. X. saeculo exarati esse vi- dentur. c) 6085. d) 6086. saeculi XI. libri. e) 6088. ad XIII. saec. vulgo referunt. Ceteri ejusdem Bibliothecae Codices re- centiores, atque adeo (sic!) levioris auctoritatis sunt." C. vid. infra sub 69 et recens. edd. ad ann. l.

res et ad marginem adscriptae rhetorem aliquem inferioris aevi sapiunt. Aliquoties etiam glossae ipsius auctoris verbis interpositae, neque optimos Salustii Codices glossis vacuos esse putaverim. Sub finem belli Jugurthini ordo capitum confusus est, et desunt non pauca. Caput CIII. excipiunt CXII. CXIII. CXIV. quae integra leguntur; finem facit oratio regis Bocci ad Sillam. Collatus est et hic liber et alii duo Basileenses in gratiam Cortii ab Iselio, sed, ut fere fieri solet, satis negligenter; neque puto fieri posse, ut qui editoris consilium, et quid potissimum sequatur, cognitum non habeat, ea, qua decet diligentia, hoc munere fungatur. Unde factum est, ut Cortius saepius falso hunc Codicem laudaverit; sed omnia conquirere, eorum est, qui magnorum virorum vitiis exagitandis sibi auctoritatem quaerunt. Neque hoc omittendum est, tertiam paginam hoc titulo, litteris rubris scripto, esse ornatam: *G. Crispi Salustii bellum Catilinarium incipit.* Littera quoque initialis pictura insignis. Sed hoc imprimis memoratu dignum, *Salustium* in omnibus Codicibus, quos evolvi, uno *l* esse scriptum, neque aliter in optimis Prisciani Mss., et in antiquissimo Servii Codice, qui in nostra Bibliotheca asservatur. Quare optimorum librorum scripturam expressi. 52)

Melioribus libris etiam Turicensis I. adnumerandus est, quem bibliotheca Carolina nobis suppeditavit. Inscriptus est: *Incipit Salustius*, quae rubris litteris exarata sunt. Viginti capita priora Catilinae a ceteris sejuncta et bello Jugurthino interposita sunt. Etiam sub finem Jugurthae cum plures paginae aetate et incendio essent deletae, multa bis exarata nec pauca ab alio librario scripta esse videntur. Nam totus Codex a secunda manu emendatus est. Immo nonnullis paginis trium manuum vestigia conspiciuntur; prima, quae Codicem exaravit, altera, quae antiquam scripturam restituit, tertia glossatoris, qui notas adscripsit. Membranae vestustissimae, ductus litterarum primo Codici Ba-

52) Quare optimorum librorum scripturam expressi. Vide, quae adjj. sub not. 1).

sileensi haud absimiles, cujus lectiones saepius confirmat. Sed multo major similitudo ei intercedit cum Fabriciano primo quem Cortius excussit et Tegernseensi, quem Harlesius examinavit. Quare suspicor, hos tres libros idem exemplar esse secutos, et quae leguntur varietates, eas librariorum acumini vel socordiae deberi. Ceterum, quas nostra aetate Critici jactant codicum gentes atque familias, hoc inventum equidem in tot codicum optimorum lectionibus, nondum confirmatum inveni. Sed ut ad propositum redeam, orthographia vetus in Turicensi aliquoties expressa est; *lubido*, *temptare*, *haut*, *aput*, *cotidie*, *adque*, *accersere*, *secuntur* (sequuntur), *capiunda* aliquoties occurrunt. Praeterea multis glossis marginalibus et interlinearibus auctus est, quae vero futiles sunt; explicant, quae nemo non intelligit, difficiliora intacta relinquunt, sed quam facile fieri possit, ut glossae pro genuinis auctoris verbis habeantur, ex hoc codice maxime perspicias, ubi inter lineas glossatoris et auctoris verba promiscua leguntur. Ceterum scripturae compendia plurima insunt; v. c. *N.* Numidiae, *R.* Romanus, *M.*Metellus, *ht.* habet, *dr.* dicitur, *dur.* ducuntur, *s.* sunt. Vocales *a*, *i*, *u.* sub finem Jugurthae saepius infra lineam positae, $\stackrel{m}{a}$ $\stackrel{x}{u}$ $\stackrel{m}{a}$: *ur* in prima et tertia persona verbi passivi ubivis, praeterea *us*, *is*, *rum*, *per*, *pro*, notis expressa sunt. In fine Catilinae haec leguntur: *Salustii liber primus in Catilinario explicit*; *incipit ejusdem in Jugurthino.* —

Inter antiquiores Salustii libros *Bernensem* IV, retulerim, quem Sinnerus (in Catalogo Mss. Bibl. Bernensis p. 590) saeculo X. scriptum esse judicat. Pergamenus, forma quadrata, n. 357 notatus et ita inscriptus est: *Ex Salustii Crispi historiis excerpta*: tituli singulorum fragmentorum sunt: *Oratio Catilinae apud conjuratos. Oratio Catilinae* (quae capite LVIII. legitur). *Oratio Micipsae ad Jugurtham. Oratio Atherbalis P. C. Oratio L. Syllae ad regem Bocchum. Epistola Lentuli ad Catilinam. Epistola Scipionis ad Mycipsam. Epistola Adherbalis ad Senatum.* Ductus litterarum iis similes, quos Mabil-

4*

lonus saeculi XI. proprios esse dicit. Sed quamvis antiquus sit, tamen negligenter scriptus est, multa omissa atque in margine apposita; *i* ubique sine puncto scriptum, multa compendia scripturae, sed nulla orthographiae veteris vestigia deprehendas, sed *reliquid*, *froemunt*, *deproecor*, *contemptus*, *deortatur*, *nequiquam* passim leguntur. Ceterum liber olim Bongarsii fuisse videtur, cujus nomine notatus est. *Bernensem III.* (n. 698.) Chartac. saeculo XVI. scriptum esse censet Sinnerus, sed immerito, si quid video. Est enim hic liber e melioribus, et quamquam librarius saepius in orthographia peccavit, tamen haud dubie optimum exemplar secutus est. Sub finem Jugurthae leguntur versus in regis mortem, quos et Basileensis primus expressit. Orthographiae veteris pauca vestigia; *cotidie*, *accersere*, *adulescens*, *lubido* aliquoties leguntur, sed optimorum librorum lectiones saepius confirmat, atque intelligentibus haud infirma videbitur hujus libri auctoritas. Ceteri libri, quos examinavi, minoris quidem pretii sunt, neque tamen contemnendi. Quorum ex numero *Bernensis II.* in membranis, forma quadrata (n. 561), eleganter scriptus, ceteris Bernensibus longe inferior; multa omissa, multa perverse scripta. Ex eo, si nihil aliud, hoc certe intelligitur, codices, in quibus multa omissa sunt, non optimae notae esse. Addita est *oratio Salustii in T. Ciceronem* et *Ciceronis declamatio in Salustium.* In fine haec leguntur: *Salustii Catilinarii liber explicitus feliciter octavo Augusti MCCCLVIII fuit. Bernensis III.* (M. S. A. 70) singulis libellis hi tituli inscripti sunt: *Bellum Catilinarium*, *B. Jugurthinum*, *C. Crispi ad p. c. in Ciceronem incipit invectiva*; *M. T. Ciceronis ad p. c. invectiva, et M. T. C. in Catilinam ad p. c. invectiva.* Hunc Sinnerus saec. XV. in plagulis Membraneis et Chartaceis mixtis scriptum esse statuit, sed Chartaceus est, atque deterior. Librarius id maxime egisse videtur, ut, ubi Salustiana oratio a vulgari loquendi usu discrepat, haec mutaret. Orthographiae, quam secutus est, haec exempla notavi: *accersere*, *cocum*, *consumpta*, *harena*, *adulescens*, *occeani*, *hedificare*, *actrive*-

rat, *amictere*, *actingit*, *calphurnius*, *sagictariorum*, *intolleranda*, *opidum*, *actribuere*. *Basileensis IV*. Membr. forma quadrata majore, ex Bibliotheca d'Annoneana in B. Publicam pervenit. Nitidissimus et elegantissimus liber scriptura, quam Romanam dicunt, exaratus est. Tam insignis ejus splendor (nam picturis, emblematis, lineolis aureis, litteris rubris, et quae alia hujusmodi sunt ornamenta, varie ornatus est), ut eum e libris Budensibus, aevo quidem recentiore sed elegantissime scriptis, esse suspicatus sim. Compendia scripturae pauca et intellectu facillima; glossis quidem non caret, et ab initio librarius non satis diligens fuisse videtur; sed sub finem saepissime optimas lectiones exhibet, ita ut hunc librum accuratius excussisse magno mihi usui fuerit. Ita inscriptus est: *Crispi Salustii de conjuratione Catilinae incipit foeliciter*. Et ab initio Jugurthae: *Crispi Salustii Prohemium de bello Jug. inc. foel.* Jn fine haec leguntur:

> Sex Jugurtha dies pereuntem carcere Romae
> Spectarunt; te dira fames, scelerate, peremit;
> Ut Plutarchus aït, veri celeberrimus auctor.

Codex *Basileensis II.* (F. I. IV.) Chartac. fol. maximis Catilinam continet. Litterae initiales picturis et emblematis ornatae, scriptura Gothica, glossae inter lineas et in margine adscriptae haud ejusdem auctoris esse videntur. Quamvis saec. XIII. vel XIV. scriptus, saepius meliores lectiones, imprimis Bas. primi tuetur. Antiquior scribendi ratio in paucis expressa; duplex *i* saepius *y* scribitur; *ae* et *e* omnibus fere locis mutata; *c* et *t* vix discerneres; multa quoque scripturae menda insunt, aliquoties correcta. *Bas. III.* (F. VIII. 8.) ita inscriptus est: *Salustii liber primus Catilinarius incipit.* Chartac. forma quadrata, a monacho aliquo saec. XIV. seu XV. exaratus, tot scripturae compendiis, ut verba non tam oculis dignoscantur, quam conjectura assequenda sint. Quare hunc librum intactum omittere poteram; sed hoc certe ei tribuendum, quod saepius ab aliis est monitum: corruptelae causas cognoscere, quem librariorum peccata notare non pigeat.

Turicensis II. Chartac. foliis maximis, sine titulo, saeculo XV. scriptus est. Ab initio multae glossae atque variae lectiones adscriptae sunt. Multa perverse exarata, quod scriba dictata male intellexit; quam depravationis causam nuperrimus Aeschyli editor primus invenisse sibi visus est. Sed si a scripturae mendis discesseris, liber non ita corruptus est. Sub finem haec leguntur: *Finita est haec historia die iovis angariae? . . . hora quasi sexta anno domini 1493. per me Adam Moses Lussigus.* A discipulo, credo, in scholis publicis exaratus est. Ceterum Bas. II. III. Tur. II. solum Catilinam continent. Accedit Cod. Bibl. Publ. Basileens. (F. 1. 12.) Chart., qui cum multa alia Ciceronis opuscula, tum duas invectivas continet; liber haud contemnendus, cujus ope plura emendavi. Praeterea scholia in Salustium in Bibliotheca Bernensi asservantur (Sinner. Catalog. p. 612.), in membranis saec. XIV. eleganter scripta; ex quibus haud multum luci feceris, ne verborum quidem ordinem inde cognoscas, quae saepius ita composita sunt, ut sententiae illustrentur; quare futilis Grammatici jejunas adnotatiunculas excutere nolui. Tot Codicum, quos modo enumeravimus, praestantissimi et dignissimi, quos sequamur, esse videntur Fabricianus et Merseburgensis Rivii, Vaticanus, Nazarianus et Commelianus, Vossianus (Leid. L.), Guelferbitanus V., Senatorius I., Tegernseensis, Basileensis I., Turicensis I., Bernensis IV. Accedere videntur quinque Parisini, sed ut accuratius de iis judicium fiat, iterum examinandi sunt. Immo ne ceteros quidem ab aliis examinatos, iterum consuluisse abs re esse duco. 53)

Codices Mediolanenses 54). Cod. I. (O. 32.) Mem-

53) Abs re esse duco. Italicorum codicum descriptionem, quae nunc sequitur, in ed. Gerl. inv. in Vol. II. P. I. inde a pag. 3. ad pag. 59. Omissis iis, quae ipsis in commentariis rectius locum habebunt, sc. lectionum speciminibus singulorum codicum descriptioni additis, omnia ad verbum recudenda curavimus.

54) Codices Mediolanenses. Antequam Gerlachio, v. d, contigerat, ut Italicas adiret urbes codicum Sallustianorum examinan-

bran. saec. XII. scholiis interlinearibus adspersus, et optimas lectiones continet et ad corruptelarum causas divinandas plurimum confert. Aliquoties manus secunda textum emendavit. Orthographiae veteris pauca vestigia, v. c. *set*, *aput*, *vendicemus*, *neglegere*, *Aborigenes*, *condicio*, *haut*, *locupletum*, *adiceret* (Cat. c. 22.), *cotidiano, leniunda, accersebant, et die vesper* (i. m. sec. apposuit); nonnullis locis conjunctiones omissae: v. c. Cat. cap. 7. *semper his — magis in decoris.* Cod. II. (G. 22.) Membran. saec. XIII. Sed alia alio tempore scripta. Nam pars Jugurthae cap. 61 — 101. saec. XIV. et cap. 102. usque ad finem recentiore etiam manu exarata esse videntur, certe proprio titulo distinguuntur. Nam cod. inscriptus est: *Salustii Catilinaria et bellum Jugurthinum, Lucii Sillae ad Bochum regem oratio cum ejusdem responsione.* Codicem Venetiis emtum esse, Olgiatus primus Ambrosianae bibliothecae praefectus animadvertit. Ante bellum Jugurthinum tabula geographica delineata. Ab initio multa omissa et in margine adscripta, saepius etiam correctus est, et aliquoties lectiones aliorum codd. notatae, verborum ordo saepissime turbatus. Paucas lectiones memoratu dignas exscripsi. Cod. III. (H. 202) Sal. Catilinarium bellum et pauca ex Jugurthino. Codex antiqua scriptura, adspersus notis nonnullis. Forma quadrata, in prima pagina picturae et hominis imago; multae glossae in textum receptae, paucas

---

dorum causa ,delibris hisce Mediolanensibus jam notaverat [Vol. I. praef. p. XII.]: „Mediolani in bibliotheca Ambrosiana XII codices asservantur, de quibus haec ad V. D. Orellium perscripta sunt, quae qua assolet humanitate, mecum communicavit: 1) Cod. membran. saec. XII. scholiis interlinearibus adspersus: De conjuratione Catelinae, tum secundus liber de bello gesto inter pop. Rom. ex una parte et regem Jugurtham ex altera. Videtur scriptus in Hispaniis aut Galliis. 2) Cod. Membr. saec. XIII. duobus characteribus exaratus; quorum alter recens, saeculi nempe XV. Catilinarium; ejusdem bellum Jugurthinum. 3) de bello Catilinario Cod. Chart. saec. XIV. 4) Cod. Membr. saec. XIV.

lectiones bonae frugi continet. Codex IV. Membran. saec. XIV. De bello Jugurthino, foliis majoribus. Insunt praeterea libri de bellis civilibus inter Caesarem et Pompejum et de bello Alexandrino. Manu secunda sed recentiori emendatus est liber: probae et pessimae lectiones mirum in modum mixtae sunt. Cod. V. Membran. scriptus anno MCCCLXXX. Vicentiae a Petro de Dolzanis, id quod in calce libri notatum est, negligenter exaratus, multa omissa, multa per compendium scripta; glossae saepius in textum receptae; quare paucas memoratu dignas lectiones notabo. Cod. VI. Chartaceus, saec. XIV. exaratus. Solum Catilinam contінet, emendatus est a manu secunda sed multo recentiori; aliquoties variantes lectiones in margine adscriptae, verba saepius transposita et pessimis lectionibus scatet hic liber. Cod. VII. (L. 91.) Chartaceus sed a bono libro descriptus; de bello Jugurthino. Insunt praeterea nonnulla ex Ciceronis philosophicis et duae Jnvectivae. Liber a corruptelis satis integer, saepius optimorum librorum lectiones confirmat, et, ubi a meliorum au-

---

de bello Jugurth. 5) Cod. membr. scriptus manu Petri de Dolzanis ann. MCCCLXXX. Catilinarius liber: liber Jugurthinus. 6) Cod. Membr. saec. XIV. ineunte. De bello Catilin. 7) Cod. Chart. XIV. ut videtur, certe ante ann. 1431. sine titulo, incipit Falso queritur. 8) Cod. membr. scriptus et completus] die sabbati XXVI. Oct. MCCCLIV. 9) Cod. membr. saec. XV. ineunte, sine titulo; incipit: omnis homines. 10) Cod. Membr. XV. med.; incipit: falso queritur. 11) Cod. Membr. saec. XV. post med.: De bello Catilinar. et Jugurth. (sine titulo). 12) Cod. chart. saec. XV. exeunte: Salustius Catelinarius." Quibus addenda videntur, quae v. d. monet Vol. II. P. I. p. 3. „Quorum [codicum Mediolanensium] cum nullus ante saeculum XI. scriptus sit, tamen haud paucae optimarum lectionum illorum auctoritate confirmantur. Praeterea his in libris inveni variantes, sermoni Salustiano quam maxime consentaneas, et a nemine adhuc, quantum equidem scio, laudatas. Quare vel pessimum horum librorum accuratius contulisse magno mihi usui fuit."

oritate recedit, cum ratione errat. Qui brevitatem Salustii uam dicunt, in suis editionibus exprimere student, iis hic Coex magno erit adjumento. Cod. VIII. (R. 31.) Anno MCCCLIV. riptus et manu secunda emendatus est. Initio XXV. capita elli Catilinarii desunt. Cod. IX. (53. P.) Membran. forma uadrata, liber satis emendatus; praeter libros historiarum rretini continet Catilinam et Jugurtham et Invectivas. Innt praeterea duae aliae Invectivae Ciceronis in Catilinam Catilinae in Ciceronem, quae in editione Basileensi DLXIV. p. 1098. typis expressae esse dicuntur; easdem in odice Romano inveni. Cod. X. Membran. (P. 89.). Solum ugurtham continet. Non modo ordo verborum, sed etiam oliorum turbatus est. Insunt multa scripturae menda et saeius conjunctiones omissae; nihilo minus tamen inter multas ravas paucae bonae lectiones inveniuntur. Cod. XI. (A. 40.) aec. XV. Continet Catilinam et Jugurtham liber satis emenatus, sed aliquoties glossae in textum receptae. Cod. XII. C. 39.) Chartaceus saec. XV. Solum continet Catilinam. nsunt multae glossae et pravae lectiones; saepius verba ransposita sunt.

Codices Veneti. Cod. I. (Class. X. CIII. a Morellio incriptus). Pergam. Sub finem saec. XI. vel initio XII. exaraus; folia nonnulla lacerata et aliquoties contaminata; ductus literarum in fine codicis vetustate deleti, verba saepissime transosita, alia omissa; nec desunt menda scripturae. *C* ante *i* aepissime cum *t* mutatum, *e* pro *ae* scriptum, *h* alieno loco ppositum et omissum. Orthographia antiqua in nonnullis voibus servata; *lubidinem, neglegere, neglegentia, adlevati, dscendere, adgredi, communis omnium hostis* (cap. 81.), *dificilis* (cap. 87.) etc. Liber melioribus adnumerandus; ex quo oc certe discas, non ubique iis codicibus fidem esse habenam, qui ceteris breviores sunt. — Cod. II. (381. arm. 5. A 11. h. 12.) octonis saec. XIV. eleganter scriptus; verba saepius ransposita, sed ab ipso librario emendata, et pars extrema ugurthae recentiori manu exarata est. Librarius bonum exem-

plum secutus et ipsos ductus literarum antiquos imitatus esse videtur: sed quae fuit hominis imperitia, etiam glossas recepit et verborum ordinem turbavit. — Cod. III. (CCCCXXXII. Arm. 50. M. M. Th. 2.). Codex eleganter scriptus et satis correctus, saec. XIV.; initio pulcherrimae picturae; viri imago librum tenentis praecedit Catilinam, in prima pagina Jugurthae conspicitur miles, equo insidens et hostem telis petens. Tabula geographica etiam in aliis codd. exarata in hoc multo elegantior et accuratior est. Insunt praeterea Invectivae et Ciceronis orationes pro Deiotaro et in senatu post reditum habitae. — Cod. IV. (Class. X. Cod. XXVI.) Chartaceus; sed emendatior, quam multi alii codices. Nota verbi substantivi est non satis dilucida, ita ut haud facile constituas, quibus locis retinendum sit; nonnullis in locis emendationes librarii leguntur, qui plus ingenii acumini, quam librorum auctoritati tribuere videtur. 55)

Codices Romani. a) Codices Vaticani. — Cod. I. In prima pagina haec scripta. Cod. Vatic. 3864. *Cai Caesaris belli Gallici libri VIII. Cronica ejusdem, epistolarum C. Plinii Cecilii secundi libri IV. Orationes et epistolae ex libris historiarum Sallustii.* Forma quadrata; hunc librum saeculo X. scriptum esse, judicat vir clarissimus NIEBUHR, hujus rei censor acutissimus. Qui quidem liber num a prioribus editoribus collatus sit, equidem nescio; qui enim κατ' ἐξοχήν cod. Vaticanus dicitur, cujusque aliquot lectiones in historiarum fragmentis laudavi, cum hoc libro rarius consentit. Orthographiae antiquae ab initio pauca vestigia, sed sub finem plura leguntur. Ea non solum scribendi rationem, quae vulgo Sa-

55) Cod. IV. — videtur. „Caeteri codices, qui in Bibliotheca St. Marci asservantur, mihi indigni visi sunt, quorum lectiones notarem; nam vel levius illos tractanti tot occurrerunt vitia, menda scripturae, glossae et quae alia peccata ab incuriosis librariis committuntur, ut libri isti vix pravam quandam editionem aequare viderentur. Jnscripti sunt ita; alter apud Morellium 101. class. X. cod. CCVI. Saec. XV. alteri gentis

lustiana dicitur, confirmant, sed multo horridiorem primitus Salustianum sermonem fuisse, eandemque, quam Catonis Origines, verborum asperitatem retulisse, testimonio sunt. Haec enim a librario excogitata fuisse vix credideris. Cum hic liber haud dubie optimis Salustianis Codicibus adnumerandus sit, eum cum mea editione accuratissime contuli et variantes lectiones omnes notavi.

Cod. II. (Bibliothecae Vat. 649. B. Urbinatis 411., inde enim Romam translatus est). Pergamenus, foliis majoribus, elegantissime scriptus et picturis ornatus. Insunt *Sext. Aurelius*, *Justinus Epitoma*, *Sextus Rufus*, *Salustii Crispi Orationes. a Federico, veterano Urbinate, scriptus est, imperante Federico, Urbinatium magnanimo duce.* Librarius meliorem librum secutus est. Aliquoties Vaticanum, qui vulgo dicitur, confirmat, cujus lectiones nonnullas Carrio notavit; quare, ubi uterque liber consentit, non laudabo hunc codicem, ne forte ejusdem libri lectiones duorum librorum auctoritatem sibi adrogent. In nonnullis tamen hic liber ab ejus, quem Carrio Vaticanum dicit, auctoritate recedit, ita ut quo ille libro usus fuerit, vix ad liquidum perduci posse videatur. Ex Codd. Vaticanis, qui integrum Catilinam et Jugurtham continent, sex meliores accuratius examinavi et lectiones praestantiores notavi.

Cod. I. (B. Vatic. 1731.). Pergamenus, foliis minoribus eleganter et magna cum diligentia scriptus, sed recentior. — Cod. II. (B. Vatic. 1832.). Pergamen. foliis minoribus, sine ti-

---

nobilis insignia praefixa, Leo alatus et panno indutus; saeculo XIV. scriptus esse videtur. Forsitan idem est liber, qui in Catalogo Bibl. Nanianae septuagesimus secundus numeratur. Sed ordo verborum mirum in modum turbatus, quamvis secunda manu correctus sit. Tertius chartaceus (class. XIV. cod. CLXXIX.), Salustii vitam et annotationes in ejus historias continet. Sed commentarius tantum septem priora capita Catilinae complectitur; sunt merae glossae rhetoricae a magistro discipulis dictatae; in vita nihil inveneris, quod non ex ipsis historiarum libris cognosci possit.“ Gerl.

tulo. Nonnullis locis a manu sec. correctus. — Cod. III. (B. Vatic. 1833) Perg. sine titulo, qui erasus esse videtur. Ductus literarum fere iidem, qui in Basileensi I.; insunt multa compendia scripturae sed explicatu facilia. — Cod. IV. (B. Vatic. 1834.) Perg. fine saec. XI. vel initio XII. scriptus; folia vetustate fusca; brevia scholia in margine; desunt in fine Jugurthae quatuor capita. Secunda manus ductus literarum renovavit, librum aliquoties emendavit, saepius corrupit. — Cod. V. (B. Vatic. 1835.) Pergamenus, octonis saec. XIV. elegantissime exaratus. Primae paginae litteris aureis hoc inscriptum est: *Salustius Julii II. Pont. Max. Bibl. secretae dicatus.* Accedunt elegantissimae picturae in primis foliis Catilinae et Jugurthae. — Codex VI. (B. Vatic. 2068) Saec. XII. Aliquoties *x* pro *ss* scriptum, *c* saepissime cum *t* commutatum. 56)

---

56) Cod. VI. „Inspexi praeterea alios sex codices Vaticanos 1843. a. 1843. b. 1733. 1909. 1785. 3415. Quorum quatuor Catilinam et Jugurtham, quintus non solum hos libros, sed etiam quatuor Invectivas, quae nominantur, continet. Quarum quidem declamationum duae sunt notissimae, quas a Cicerone in Salustium et a Salustio in Ciceronem habitas esse finxerunt Grammatici; alterae, quarum auctores Cicero et Catilina esse dicuntur, a Wolfio nondum editae esse putabantur [Praef. ad Orat. pro Marcello], sed, ut jam supra monui, in Ciceronis Editione Basileensi 1564. typis expressae sunt. In sexto codice Ms. cum alia, tum epistola de republica ordinanda continentur, sed quantum equidem judico, a discipulo in scholis publicis, magistro dictante, exaratae. Pessimus certe hic liber est. Neque ceteri codices digni esse videbantur, quos accuratius excuterem. Optimis enim libris diligenter examinatis, ex deterioribus nihil fere cognoscas, quam librariorum sive audaciam sive stultitiam. Sed mirum me habuit, quod codices Palatinos, Commelianum maxime atque Nazarianum, quos optimos esse Gruterus judicavit, inspicere mihi non licuit. Cum a V. Cl. Angelo Majo, Bibliothecae Vaticanae praefecto, petivissem, ut horum codicum examinandorum copiam mihi faceret, negavit, se adhuc eos invenisse, et Parisiis relictos esse putare. Quod mihi quidem non persuasit. Sunt enim non pauci, qui existiment, virum

b) *Codices Bibliothecae Barberinae* 57). — Cod. I. (2861.) rgamenus. Desinit in capite LVII. Catilinae, in verbis: *ı illi descensus.* Initio picturis ornatus, forma quadrata, iptura Langobardica. De Saeculo, quo scriptus sit, nihil ti statuerim. — Cod. II. (2506.) Membranaceus, in prima ;ina haec scripta: *Dono Illustr. Domini Georgy ab fura, Maximiliano Imperatoris Nepotis, Petrus a Castel-* , Sed haec manus recentior addidit. Nam codex ipse multo iquior esse videtur; ductus literarum, aliquoties vetustate eti, secunda manu restituti sunt. In Jugurtha desunt quar capita (inde a cap. 24. usque ad 30. *multis ejus oratious*). — Cod. III. (1961.) Membran. Elegantissimus, saeculo 7. sed diligenter exaratus; prima pagina picturis ornata. — d. IV. (2509.) Membran. foliis majoribus scriptus; in fine ;urthae mancus; desinit in expugnatione Capsae cap. 91., init multa compendia scripturae. — Cod. V. (2507.) octonis,

illum doctissimum, cum Codd. ineditis inveniendis atque evulgandis magnam gloriam sibi pepererit, timere, ne alii ad idem laudis fastigium perveniant. Hoc ne accidat, diligenter cavet, et optimum quemque codicem, si quidem fieri potest, clausum tenet, vel potius non invenit. Quod apud nostrates bibliothecariis vitio vertitur, hac re ille laudem quaerit. Id quod ideo monui, ne quis falsam animo concipiat opinionem, bibliothecam Vaticanam, olim a bibliothecariis tanquam vellus aureum custoditam, nostra aetate omnibus eruditis patere. Ut enim omittam feriarum diuturnitatem, quae ex legibus et ex arbitrio bibliothecarii in amplius sex menses prorogantur, id quoque magno est impedimento, quod catalogos librorum Mss. ne eruditis quidem inspicere licet. Quare non defuerunt, qui censerent, de litteris melius actum fore, si praestantiores codd. Parisiis relicti fuissent. Francogallorum enim facilitas et comitas facit, ut tota regia bibliotheca publici juris esse videatur; quod Romae quidem contra se habet.“ Gerl.

57) Codices Bibliothecae Barberinae. „In bibliotheca palatii Barberini cum multi alii libri Mss. tum quinque Salustii codices asservantur. Quos ut diligentius excuterem, factum est

saec. XI. exaratus, ut quidem bibliothecarius judicat; libri initium manu recentiore restitutum et ipsa pellis multo candidior est.

c) *Codices Bibliothecae publicae* 58). — Cod. I. (H. VI. 7.) octonis; primum folium picturis ornatum. Liber eleganter scriptus; insunt Catilina, Jugurtha et Invectivae; in fine Jugurthae haec leguntur: *Crispi Salustii de bello Jugurthino liber explicit foeliciter die Martis hora XXII. MCCCCLV. XXII. Octobris.* Orthographia antiqua in nonnullis vocibus servata; *maxumus, adulescentulus, quom* saepius scriptum. — Cod. II. (H. III. 17.) Saec. XVI. elegantissime scriptus et picturis ornatus. Saepius argumenta capitum in margine adscripta. Cod. III. (H. VI. 10.) Solum Catilinam continet, liber non pessimis quidem adnumerandus, sed tamen deterior, quam cujus auctoritate confidas. Quare lectiones variantes non transscripsi. — Cod. IV. (H. VI. 9.) mutilus, pauca folia ex Catilina et Jugurtha, plurima vetustate deleta. Sed quamvis sit male habitus, tamen recentior est. Chartaceum codicem, qui Catilinam et Jugurtham continebat, in bibliotheca Angelica inveni, sed eum quoque deteriorem et nulla auctoritate. Eodem loco editio antiquissima Salustii, quam bibliothecarius principem habebat, mihi oblata est. Anno MCCCCLXXI 59) Venetiis opera Spireae Vindelini typis expressa est. Ex distichis, quae in fine leguntur, hunc librum tum secundum evulgatum fuisse credideris. Cum haec editio Mattarii diligentiam fugisse

---

studio V. Cl. Bunsen, Borussorum regis legati, qui bibliothecarium, satis morosum atque difficilem, gratia et auctoritate permovit, ut me diutius, quam ceteris licet, in bibliotheca literis operam dare pateretur.“ Gerl.

58) Codices Bibliothecae publicae. In bibliotheca publica (seu Minervae) quatuor codices Salustii inveni, quorum duos accuratius examinavi, qui mihi e numero meliorum esse videbantur. Gerl.

59) Anno MCCCCLXXI. Editionem hanc Vindelini neque prin-

videatur, versuum, quorum supra feci mentionem exemplum apponam:

> Quadringenta iterum formata volumina nuper
> Crispi dedit Venetus 60) Spirea Vindelinus;
> Sed meliora quidem lector mihi crede secundo
> Et reprobata minus, antea quam dederat.

Sed in tanta Codd. Mss. copia auctoritas principis editionis fere nulla est. Neque aliorum auctorum diversa est ratio. Nam vehementer errant, qui eadem religione, quae hodie ab editoribus exigitur, antiquitus libros editos fuisse putant. Plerumque librarii pluribus Codd. usi sunt, ex quibus, quae plurimum auctoritatis habere videbantur, lectiones electas typis exprimebant. Quare non est, quod editionum principum, quae dicuntur, auctoritati tantum tribuas. 61)

Bononiam adieram, spe ductus, fore ut in hac celebri quondam urbe et liberalissimis studiis affluente, multos eosque optimos codices invenirem. Sed haec opinio falsum me habuit. Videntur enim Bononienses multum a pristino literarum amore recessisse, ita ut, qui olim docti dicebantur, jam alio potius nomine appellandi sint. Cum in bibliotheca publica pauci essent Codd. Mss. (qui omnes ad res ecclesiasticas pertinent) monasterium Benedictorum adii. Sed nihil eo stolidius, qui vicibus bibliothecarii fungebatur; quippe cujus tantus fuit ingenii stupor, ut ne nomen quidem Salustii cognitum haberet, nedum de Codd. judicare posset. Solo in collegio Hispaniensi inveni codicem Salustianum haud contemnendum; quem mihi obtulit senex Hispanus, vir venerabilis, nec minus morum elegantia quam eruditione insignis. Qui quidem discordiis dome-

---

cipem editionem, neque a GERLACHIO accurate descriptam esse, docebimus in recensu editionum ad ann. 1471.

60) Venetus. Ita ed. GERL.; sed corrig. Aenetis. Cf. Recens. edd. l. l.

61) Quare non est quod — tribuas. Haec, si unquam, h. l. certe non sunt probanda. Illa enim, de qua sermo est, Vinde-

sticis patria pulsus simul cum quatuor patribus ex societate Jesu desertum collegium occupaverat, et libros, Napoleonte regnante, dispersos recollegerat. Sed ei non solum curae est, ut libri amissi bibliothecae restituantur, sed etiam eorum commodis inservit, quibus Codd. examinare propositum est. Quam ob rem facile ab eo impetravi, ut totam bibliothecam perscrutari me sineret. Cod. Salustianus, quem inveni saec. XIII. exaratus esse videtur; ab initio admodum corruptus est, in margine glossae adscriptae, lectiones variantes paucas notabo.

Codices Florentini 62). — Cod. I. (cfr. Pantini Ca-

---

lini editio secunda criticis viris textus correcti causa priore longe acceptior est, eoque jam ipsa probat, editorem optimae notae libros manu scriptos contulisse.

62) Codices Florentini. „Mediceorum illustrissimam gentem non solum de republica Florentina, sed etiam de literarum artiumque studio optime meritam esse, nemo est, qui nesciat. Testimonio sunt cum alia eorum laudis monumenta, tum bibliotheca Laurentiana. Quam cum plurimorum auctorum praestantissimos, Taciti Annalium (Lib. I. — VI.) etiam unicum codicem continere cognovissem, Salustio quoque eam saluti fore speraveram. Quam quidem spem firmare videbantur tot codd. Salustianorum in catalogis a me lecti tituli (amplius enim triginta Codd. Salustii ibi asservantur), qui mihi, temporis angustia presso, vel timorem injecerunt, ut omnes Codd. Mss. qua par sit diligentia excutere possem. Sed hoc quidem timore brevi solutus sum. Codicibus enim, qui antiquissimi dicebantur, accuratius examinatis, multos quidem, sed non optimos codices Florentiae asservari cognovi. Multi magis splendoris et elegantiae causa, qua exarati sunt, quam quod eorum virtus fuerit perspecta, emti esse videntur. Quod quondam Ptolemaeorum liberalitate factum est, ut multi deteriores libri et spurii pro genuinis a bibliothecariis emerentur, id nescio an etiam Mediceis nonnunquam acciderit. Nam hoc vere dixeris, in bibliotheca Laurentiana et optimos et pessimos libros Mss. inveniri. Neque mediocri diligentia opus fuit, ut quis accuratius de Codd. statueret, cum librorum typis expressorum pauca vel nulla exempla in promptu essent. Immo ipsa nostra aetate

talog. T. V. p. 337.) Membran. saec. XIV. ineunte 63), quem Pantini optimae notae dicit, quippe qui editionis Cortianae lectiones confirmet. Sed eum vigilantem somniasse crediderim. Quamvis enim hunc librum melioribus adnumeres (nam sub finem potissimum bonas exhibet lectiones), tamen iis, quae Cortius aut temere conjecit aut emendavit, rarius consentit, nisi forte statuis, in editione, per Joannem Baptist. Pasqualium MDCCXXXVII. Venetiis vulgata, quam ille laudat, multas conjecturas a Cortio propositas, esse rejectas. Praeterea libri illius margini scholia sunt adscripta; neque his multum tribuas. Nam fere explicant, quae luce sunt clariora, sed obscura intacta relinquunt. Accedunt glossae inter lineas et paucae animadversiones, pluribus foliis separatim scriptae; primum aliquot voces Salustianae et divisio orbis terrarum, quam in bello Jugurthino proposuit auctor, fusius illustrantur; alia ad etymologiam, pauca ad Salustianum dicendi genus spectant. In fine Catilinae acies directa mirifica colorum varietate adumbrata; in fine totius codicis, qui praeter Jugurtham et Catilinam complures Ciceronis orationes et Senecae Epp. ad Paulum continet, scriptum est: *liber Petri de Medicis, Cosmi filii.* Orthographiae veteris pauca vestigia, *lubet*, *quattuor*, *repperit*, *advorsatur* (Jug. c. 26.), saepius gerundium in *u* flexum, *capiundi*, *faciundi*, *leniunda*, *perdundae*.

Cod. II. (cfr. Pantini Catalog. II. 717. XVI.) Membran. forma quadrata minori, saec. XIII. a Biscionio collatus anno MDCCXXXIX. quae collatio ad virum illustrissimum De Brosses transmissa est. In margine capitum argumenta, praeterea

---

nonnisi multo usu et magna exercitatione assequaris, ut de unius alteriusve auctoris libris Mss. rectius judices." Gerl.

63) Saec. XIV. ineunte. „Mihi quidem persuasum est, hunc librum ante saec. XIV. esse scriptum; nam ductus literarum ad saec. XIII. pertinere videntur. Sed haec res obscurior, quam quae paucis explicari possit, et certi aliquid statuere saepe arrogantius mihi quam doctius esse videtur." Gerl.

glossae interlineares. Scripturam quod attinet, Cod. multis compendiis scriptus, literae, maxime *l*, saepissime duplicatae et a manu secunda emendatae. Sed quamvis liber non inter recentissimos referendus est, tamen nullius est pretii. Sed in omnibus fere Salustii Codd. hoc animadvertitur, ut, qui saec. XV. scripti sunt, saeculi XIV. libros bonitate multo antecedant. Quare ex hoc aliisque libris, qui ei similes sunt, paucissimas lectiones notavi.

Cod. III. (Pant. Cat. 718. XVII. Plut. 64. 64) Cod. 18.) Membr. forma quadrata majori, quem saec. XII. scriptum esse judicat Pantini. Optime servatus et exaratus. Solum bellum Jugurthinum continet, et scholia in margine et inter lineas habet. Sed ad externum habitum lectiones parum respondent, nam saepius glossae in textum receptae sunt. — Cod. IV. (Pantini Catalog. II. 719. XXIII. Plut. LXIV. 23.) Membran. forma quadrata, saec. XII. ineunte. Glossae et notae et in margine et inter lineas scriptae. Primae decem paginae seriore aevo suppletae. Librarius saepe pravas lectiones emendavit, sed aliis locis deteriorem lectionem defendit. Ordo verborum turbatus, multa omissa, aliena recepta, ita ut paucis locis ex libro auxilium petas. — Cod. V. (Pantini Catalog. II. 720. XXVI. Plut. LXIV. 26.) Membr. forma quadrata saec. XII. Adjunctae sunt paucae glossae, sed literarum ductus mihi quidem ad seriora tempora pertinere videntur. Ceterum liber aliquoties vetustate corruptus et ad legendum difficillimus est. Neque multas bonas lectiones hoc in codice inveneris 65). — Cod. VI. (Pantini Catalog. III. 371. XX. 2. Plut. 29. Inferior Cod. XX. 2.) Membran. forma quadrata, quem saeculo XI. Pantini scriptum

64) Plut. 64. „Cum in bibliotheca Laurentiana libri in pluteis sint expositi, et, ne a quo auferantur, catenati, saepius Plutei numerum adjunxi. Non omnes enim, quos Pantini in catalogo laudat, libros inveni.“ Gerl.

65) Neque — hoc in codice inveneris. Ceterum Cod. IV. et V. Victorium usum esse Pantini judicat. Gerl.

se putat. Sed antiquior quam melior. Catilina in fine mu-
us, Jugurtha initio; nam usque ad cap. XIX: „*aliae Puni-
e urbes*" omnia omissa sunt. Alius librarius Catilinam, alius
gurtham exaravit.

Cod. VII. (Pantini Catalog. III. 407. §. XXI. cod. XLI.
ut. 89. Inferior cod. 41.) Saec. XIII. vel. XIV. Membr. pa-
nis divisis negligenter exaratus. Scholia in margine recen-
or manus adscripsit, quae etiam aliquoties librum emendavit.
o *v* litera non uno loco *w* scriptum. Non solum singula
rba, sed periodi omissae. Saepius a librario imperito spa-
a vacua relicta, quae alius explevit. Cum omnes, quas no-
vi, lectiones ad auctorem emendandum nihil faciant, sed tan-
mmodo doceant, nullam plane fidem huic libro esse haben-
m, pessimis illis variantibus librum onerare nolui. — Cod.
III. (Pant. Catalog. II. 422. Cod. XXXV. §. IV. Plut. XLVII.)
embran. saec. XV. Orationes ex Salustii historiis excerptae,
cedit praefatio belli Jugurthini. Insunt praeterea aliae ora-
nes ex Livio, Curtio, Virgilio, Lucano, Ovidio etc. de-
iptae. Tota collectio in eorum usum facta, qui rhetoricam
ctant. Quamvis exemplar satis bonum librarius secutus esse
letur, tamen hujus libri ne tanta quidem utilitas, quam alio-
n, qui magis etiam corrupti sunt. Nam a libris, qui vel
diocri diligentia typis sunt excusi, in nulla re differunt. —
d. IX. (Pant. Catalog. II. 715. IX. Plut. LXIV.) Membran.
c. XIV. optime servatus et a manu recentiori correctus
. — Cod. X. (Pant. Catalog. II. 715. X.) Chartaceus; liber
lignus, cujus lectionum habeas rationem. — Cod. XI. (Pant.
talog. II. 716. XI.) Membran. saec. XIV. nitidissimus. In
ima litera picta Salustii (?) imago (episcopi vel librarii ali-
jus credo), in calce insignia gentis Mediceae. — Cod. XII.
ant. Catalog. II. 716. XII.) Membran. saec. XIV. Catilina
itio mutilus, desunt quinque capita; Jugurtha maximam par-
m saec. XV. scriptus est. Pessimae notae liber, sed quod
tandum, aliquoties *queis* pro *quis* scriptum est. Paucae le-
iones, quas haud contemnendas duxeris, in commentario lau-

5*

dabuntur. — Cod. XIII. (II. 717. XIII.) Membran. saec. XV. elegantissime exaratus. In fine belli Jugurthini majoribus literis rubris scriptum est: *Crispi Salustii viri clarissimi de bello Punico Liber explicit felicissime.* — Cod. XIV. (P. C. II. 717. XIV.) Chartaceus saec. XV. a duobus librariis male exaratus, glossas in margine et inter lineas habet. — Cod. XV. (P. C. II. 817. 66) XV. Plut. 64. cod. VIII. b.) Pergam. eleganter scriptus saec. XV. Insunt pauca veteris orthographiae vestigia et bonum librum negligenter descripsisse videtur librarius. — Cod. XVI. (P. C. II. 718. XVII.) Membran. saec. XIV. optime servatus et a Biscionio collatus. In margine summaria capitum adscripta. In calce libri distichon notissimum, *si cupis* etc. cui versiculus additur: *Licet necatum referant carcere plures.* Ordo verborum saepissime corruptus est et omnia fere, quae in Salustii oratione a vulgari usu loquendi recedunt, mutata. — Cod. XVII. (P. C. II. 718. XIX.) Chartaceus saec. XV. nitidus et melioribus adnumerandus liber. Saepius particulae adduntur, quibus Salustii oratio non eget. — Cod. XVIII. (P. C. II. 718. XX.) Membran. saec. XIV. in margine capitum summaria et paucae animadversiones, quae ad textum corrigendum pertinent, pessimus liber. — Cod. XIX. (P. C. II. 718. XXI.) Chartaceus saec. XV.; in fine haec leguntur: *Scriptum per me Ser. Ghuidum Stephani Domenici anno LIX. supra mille, absolutumque tertio Nonas Januarias.* Unde colligas tum temporis fuisse, qui recentiores libros tanquam antiquos venditaverint. Ejusmodi librum conferat, cui animus est accuratius de causis depravationis codd. cognoscere; mihi quidem supervacaneum visum est, sexcenties eadem scripturae menda oculis perlustrare. — Cod. XX. (P. C. II. 719. XXII.) Membran. saec. XV.; principio libri pulcherrimae picturae et insignia gentis cujusdam. In prima pagina, quae vacua relicta, haec inscripta sunt: *Liber Petri Marci Parentis (historici Florentini) nunc Cosmi Medicei.* — Cod. XXI. (P. Cat. II.

---

66) P. C. II. 817. Corrig. vid. s. 717. s. 718.

719. XXIV.) Membran. saec. XIV. ineunte scriptus et a manu secunda correctus est. Liber ex melioribus, qui saepius probas lectiones confirmat. — Cod. XXII. (P. Cat. II. 719. Plut. LXIV. cod. XXV.) Chartaceus et negligenter exaratus; orthographia antiqua in nonnullis vocibus servata; *quom* pro *quum* saepius, *lubens* aliquoties scriptum; in fine Jugurthae scriptum est: *belli Jugurthini liber Sal. explicit feliciter MCCCCLXII.* —Cod. XXIII. (P. Cat. III. 371. XX. 1. Plut. 89. Inferior.) Chartaceus saec. XV. Hunc librum, aquis pluvialibus misere foedatum, diligentius examinare non libuit, neque operae pretium visum, pessimo libro oculis perlustrando aciem oculorum obtundere. — Cod. XXIV. (P. Catal. III. 371. XX. 3. Plut. 89. Inferior.) Chartaceus saec. XV. Hujus libri eadem conditio; male exaratus, saepius emendatus, verba transposita, multa omissa. Bibliothecae dono datus hic Codex a Francisco tertio, Imperatore; sed donum regium vix dixeris. — Cod. XXV. (P. Cat. III. 371. XX. 4. Plut. 89. Inferior.) Membran. saec. XV. nitidissimus liber, sed idem corruptissimus. — Cod. XXVI. (P. Cat. IV. 50. VIII. Plut. 20. Sin.) Ex Bibliotheca S. Crucis in Laurentianam translatus. Membran. in fine haec scripta sunt: *Explicit liber Sallustii de bello Jugurthino. Deo laus et gloria Amen. et scriptus per me Verdiunum Ser. Donati de Sancto Miniale Not. sub anno Dominicae incarnationis MCCCC. quarto de mense Aprilis, dum officio fungebar in Castilione Florentino cum Antonio de Davanzatis, tunc potestate et protectore meo.* — Initio potissimum hic liber negligenter exaratus, et a manu secunda emendatus est. Multa omissa et aliena addita. Lectiones proprias fere nullas exhibet, nisi menda scripturae in his numeras. — Cod. XXVII. (P. Cat. IV. 151. x. §. 3.) Membran. saec. XIV., qui quidem liber non ex pessimis est, neque is tamen ita comparatus, ut, melioribus codicibus pertractatis, ad textum emendandum aliquid conferat. — Cod. XXVIII. (Supplementum ad Pantini Catalogum II. 387. cod. XLIX.) Liber Bibliothecae Leopoldinae; olim gentis Strozzi fuisse perhibetur. Membran. saec. XI. li-

teris Langobardicis, quae dicuntur, sed tam negligenter exaratus, ut nisi quis verborum ordinem mente teneat, scripturam legere vix possit. — Cod. XXIX. (Suppl. ad Catal. P. III. 121. cod. CLXXXI.) Membran. saec. XV. Nitidissimae scripturae liber, primae literae varietate colorum et auro adumbratae, in fine insignia gentis Mediceae. Sed quamvis sit elegantissimus liber, tamen ab imperitissimo monacho exaratus esse videtur, qui non solum pravas lectiones in textum recepit, sed etiam stultissimas glossas adjecit. — Cod. XXX. (Suppl. ad. P. Catal. II. 386. XLVII.) Membran. saec. XIV. Is quoque liber, splendorem quod attinet, ex melioribus; accedunt argumenta capitum rubro picta colore, sed tot corruptelis hic liber scatet, ut si qui de causis corruptorum codd. scribere volunt, iis hic liber potissimum sit examinandus. — Cod. XXXI. (Suppl. ad. Pant. Cat. I. 491. CLXXXIV. §. II.) Membran. saec. XIII. Liber nitidus sed multis glossis corruptus, quare totum librum accuratius examinare omisi. — Cod. XXXII. (Pant. Cat. 611. XV.) Chartaceus liber, qui cum alia, tum vitam Salustii continet, quae ab incerto auctore scripta est. Insunt praeterea Donati Grammatici fabularum Ovidii Nasonis abbreviatio, vitae Persii, Juvenalis, Lucani, Statii, Terentii, Senecae, Valerii Maximi, Asconii Pediani Commentarii in Ciceronis Oratt., Priapeia et Fenestella. Recentiorem esse hujus vitae auctorem cum ex oratione barbara, tum ex aliis facile colligas. Fusius enim de majoribus et minoribus magistratibus agit et addit: *id enim a veteribus constitutum erat.* Caeterum quae passim antiqui auctores de Salustio tradunt, satis diligenter collecta et disposita sunt. Multa ex Ciceronis, quae dicitur, declamatione in Salustium, quam genuinam habuisse videtur, hausit. Pauca praeterea de sermonis Salustiani proprietate et de arte historica addidit, sed ea omnia ita comparata, ut nostra aetate edi non debeant.

Reliqui sunt decem *Codices Neapolitani*, quorum quinque Membranacei, quinque Chartacei. Magna horum librorum fuerat exspectatio, quos nemo unquam, quantum equi.

dem scio, examinavit. Accedebat ipsa difficultas eos inspiciendi. Nisi enim ipsius regis jussu licentia Codd. examinandi tibi concessa est, in voluntate bibliothecariorum concilianda operam et oleum perdideris. Sed victis omnibus difficultatibus, cum tandem aliquando aditus ad bibliothecam mihi patefactus esset, inveni libros omnibus fere, quos adhuc excusseram, inferiores. Ex tribus Membranaceis paucas probas lectiones excerpsi; ceteri enim leviores esse videbantur. Neque accuratius eos libros describere attinet, quorum auctoritas in Salustio emendando nulla aut levissima est. Plures Venetiis emti esse videntur, a librariis credo, qui, cum Salustii historias typis exprimendas curassent, pessimum quemque librum vendiderunt.

Praeterea vidi *codicem* Chartaceum Salustii *Cortonae*, ubi non solum multa artis monumenta, quae ad res Etruscas pertinent, sed etiam codices aliquot asservantur. Sed librum Salustianum cum legendo percurrerem, eum ex innumeris illis scriptorum antiquorum exemplis esse cognovi, quorum in Italia magnam copiam homines mercede conducti medio aevo scripserant. Inde factum est, ut librarii, magis lucri quam literarum studiosi, saepius magna incuria Codd. Mss. transscriberent. Merito igitur V. Cl. Niebuhr judicasse videtur, multos libros Mss. in Germania exaratos plus auctoritatis habere quam Italicos.

Patavii in bibliotheca St. Antonii *duos codd.* Salustii haberi, serius comperi. Cum enim sub Francogallorum imperio haec bibliotheca maximam partem disjecta atque dispersa fuisset, omnes, quos interogaveram, codd. Mss. in ea reperiri posse negarunt; quibus fidem habui, quod integrum diem in bibliothecis perscrutandis perdideram. Sed paucis diebus post V. D. Haenel *), juris utriusque Doctor, qui, ut juris Antejustinianei emendatiorem paret editionem, totam Galliam, Hispaniam atque Italiam percurrit, in bibliotheca, de qua memoratum est, duos libros Salustianos invenit, quos saec. XI. et XII. scriptos esse judicat. Praeterea alium codicem Salustii ab homine literario

*) Ita nos correximus, cum Gerlachius scripsisset: Haenele.

(antiquariis iis nomen est) emit et Lipsiam misit. Sed in tot monasteriis palatiisque, quae adii quorumque bibliothecas pervestigavi, ne literam quidem Salustianam, nedum historiarum fragmenta, quae alicubi recondita esse speraveram, inveni. Ipsum fragmentum belli Sertoriani, quod nuperrime in bibl. Vaticana inventum est, Livii, non Salustii esse, recte judicat V. Cl. Amati. Neque monachi Italici, quae olim Germanorum atque Helvetiorum fuit ratio, libros, quos habent rariores, occultant, sed potius iis est voluptati, si habent, quibus peregrinantium commodis inserviant. Sed fere optimus quisque liber ex monasteriis in bibliothecas publicas translatus esse videtur. — Caeterum praestantissimus Salustii codex nuper incendio deletus esse dicitur. Hunc, lapidariis literis scriptum, et in monasterio Hispaniensi (Mont Serrat) reconditum, Francogallorum barbaria, qui totum Monasterium diruerunt, periisse V. D. Haenel me edocuit, quo praesente hanc jacturam monachi conquesti fuerunt.

Ex literis viri clarissimi Am. Peyron ad me perlatis 67) cognovi, *Augustae Taurinorum* in bibliotheca regia *tres codices* Salustianos haberi, quos ita describit. Cod. Taurin. I. (in Catalogo 568.) Membranaceus, foliis majoribus saec. XIV. bellum Catilinarium continet. Cod. Taur. II. (in Catal. 1054) Chartaceus saec. XV. idem bellum continet. Neuter ex melioribus. Cod. Taur. III. (1055 in Catal.) saec. XV. bellum Catilinarium et Jugurthinum continet. Liber haud contemnendus, qui, quamquam saepissime alieno loco verba et particulas omittit, ita ut librarii incuriam facile intellexeris, tamen et proprias habet lectiones.

Quod attinet ad Codd. Salustianos, qui in bibliothecis germanicis latitant, de paucis certiora cognovi, sed quae non magno mihi fuerunt incitamento, ut eos diligentius excuterem.

---

67) Ex literis — Am. Peyron — perlatis. Exhib. Gerlach. vol. II. P. I. p. 46 in n.: „Num Augustae Taurinorum in bibliotheca regia aliquot Salustii Codd. sint, nondum cognovi. Cum hanc urbem adeundi otium mihi non esset, a. V. Cl.

Exstat *Stuttgardiae* in bibliotheca regia *codex* Salustii Chartaceus *de Catilinae conjuratione* (Nr. 403.) saec. XVI. ineunte scriptus; adjunctus est commentarius, quem V. D. Moser, bibliothecarius, ab Johanne Aventino scriptum esse conjicit. Sequitur vita Salustii eodem fere exemplo, quo vita in editione Lugdunensi MDXXXIII. expressa. Caeterum liber ut recentissimus, ita in emendando Salustio nulli fere usui est.

Alii *sex codices* Salustii sunt Berolini, quorum accuratam descriptionem et variantes lectiones, summa cum diligentia ex aliquot capitibus collectas, ad me transmisit juvenis humanissimus atque doctissimus, Fridericus Sander, Philol. stud. Berolinensis. — Berolinensis I. inter codd. mss. Latin. Fol. 49. Chart. foliis maximis, saec. XV. ut videtur scriptus. Solum continet Catilinam, qui titulo caret. Berolinensis II. inter codd. Mss. Latin. Fol. 29. Chartaceus, foliis maximis anno MCCCCLXX, Pragae scriptus, id quod in fine Jugurthae notatum est. Insunt praeterea multi alii libri. Codex Berolinensis III. Membranaceus, octonis, nitidissimus. Saec. XIV. vel XV. scriptus Catilinam et Jugurtham continet. Fuit olim in bibliotheca Laurentii Santenii, unde emtum cum ceteris libris suis H. Fr. Diezius bibliothecae Regiae legavit. Cod. Berolinensis IV. inter Diezianos, qui forma quadrata sunt 49. In fronte quidam notavit saec. XIII. librum sibi exaratum videri, et sane antiquitatis specimen praefert, ductibus literarum saepissime evanidis. Non pauca alia manus emendavit. Berolinensis V. inter Santenianos 249. Membran. octonis, nitide sed atramento saepius pallescente exaratus saec. XV. Continet cum alias Ciceronis orationes, tum invectivas. Berolinensis VI. inter Santenianos

---

Peyron, bibliothecae praefecto, per literas optavi, ut hujus rei me faceret certiorem; quae cognovero, in commentariis exponam.": additque l. s. p. 58.: „Quo tempore haec scribebam, literae viri clarissimi Am. Peyron ad me perlatae sunt. Ex his cognovi, Augustae" cet. cet. Inde dedimus: „Ex literis viri cet. cet. cognovi" cet. cet.

72. Chartaceus, saec. XV. octonis; qui et ipse invectivas continet, quas integras V. D. cum editione mea contulit. — Horum codicum, qui integrum Catilinam et Jugurtham continent, primus et secundus deteriores, tertius et quartus meliores esse videntur, cum in I. et II. orthographia corruptissima sit, *c* et *t*, *e* et *ae* mutata, in III. et IV. aliquoties *quom, maxumo, lubido* scriptum sit. Lectiones quidem horum librorum proprias paucissimas inveni; sed aliquoties meliorum auctoritatem confirmant. Primus quidem nonnullis locis brevior ipso Cortio est, quamvis glossis abundat 68).

Cum nuper *Parisios* adiissem, si forte invenirem in tanta Codd. Salustianorum copia (quorum recensum vide ap. Montefalconem in Indice), quae priorum editorum sagacitatem fugissent, intellexi quidem, vere 69) dixisse V. Cl. Burnufium, multo plurimos Mss. parum auctoritate valere; nam et recentiores sunt, neque optima exemplaria librarii videntur esse secuti; immo vel in scripturae discrepantiis nulla fere diversitas ab iis, quos plurimos jam antea examinaveram. Sed inveni tamen paucos libros, qui accuratius cum editis conferrentur, dignissimos, quorum optimus, saec. IX. vel initio saec. X. scriptus, quod in catalogo Montefalconis non descriptus fuerat, adhuc a nullo editore in Salustio recensendo in auxilium vocatus esse videtur. Itaque eo facilius adducor, ut quattuor praestantissimorum librorum lectiones diligentissime exscriptas in appendice publici juris faciam. — Ac primum Cod. 5748 (b), cujus paucas lectiones Burnufius exscripserat, iterum exami-

68) Abundat. Haec sunt, quae in Gerlachianae editionis Vol. I. et Vol II. P. I. de codicibus Salustianis obviam feruntur, ne iis quidem omissis, quae in notis, ipsi dissertationi additis, ab editore commemorantur. Noluit tamen V. D. secundae voluminis secundi parti finem imponere, nisi eorum quoque codicum mentione facta, quos Parisiis adire ei contigerat. Itaque, quae de codicibus Parisinis aliisque quibusdam in vol. II. P. II. sub fin. exhibuit, jam adjungamus.

69) Vere. Contra cf. sub 51.

navi, quem saec. XI. scriptum esse judico. Multae glossae et supra lineam et in margine adscriptae, auctoris verba saepius antiqua vel eadem manu emendata; *e* et *ae*, *c* et *t* saepissime et in eadem voce mutatae. Ex interpunctionis signis maxime semicolon usurpatum. Compendia scripturae plurima, et antiquioris orthographiae paucissima vestigia. Etiam Acc. plur. in *is* rarior. — Praeterea Cod. 6085 70), et ipsum a Burnufio collatum, qui melioribus libris adnumerandus et praeter Catilinam et Jugurtham Julii Exsuperantii libellum et Publii Syri Mimos continet, iterum examinavi. Scriptura priori simillima, nisi quod magis antiquiorem orthographiam tuetur. — Tertius liber est Thuani. Cod. 6095. (*x*) Membran. initio saec. XV. sed ab optimo libro descriptus, qui multas optimarum lectionum confirmat et in melioribus libris habendus est. Insunt Catilina, Jugurtha, IV. Catilinariae Ciceronis et Declamatio in Salustium. Consentit quidem saepius cum tribus Parisinis melioribus, sed insunt lectiones propriae satis multae, neque eae contemnendae, ita ut hunc librum ceteris adjungere non dubitem. —

Sed ducit familiam liber antiquissimus saec. IX. vel initio X. scriptus, forma quadrata majore Nro. 1576, olim CCCXXXVI. (z) inscriptus, ex Bibliotheca Sorbonniana in Regiam translatus, ideoque in Montefalconis Catalogo non recensitus. Verba saepius non sejuncta. Multae emendationes eadem manu ex libro antiquissimo adscriptae, aliquoties glossae supra lineam scriptae; in fine mancus. Desunt enim capp. 103 — 112. — Hos quatuor libros unum exemplum esse secutos, maxime ex fine cap. 73. Jug. collegeris. Dicat enim aliquis, cum multa difficilia ad legendum fuerint, librarios, pro suo quemque captu, multa mutasse, et ita unam eorum familiam constituat. Sed equidem nil certi statuo; haec γενεαλόγοις examinanda relinquo. Proxime ad veram lectionem accedit cod. z.; secundum locum

70) Cod. 6085. F. Cod. Burnuf. (c.)?

occupat cod. *x.*; sequuntur *c* 71) et *b* Burnufii. Ex quibus discrepantias scripturae integras meae editioni adscripsi, ita ut, ubi libros consentientes habebam, nihil notarem, paucis lectionibus exceptis, ubi auctoritatem librorum adscribere melius visum. Caeterum quae ad orthographiam pertinent, omittenda duxi, cum hac de re supra satis sit expositum; nisi quod vel in hac re scripturas adhuc incognitas passim notavi. Ex reliquis libris specimina scripturae evulgare satis habui, unde intelligentes de eorum auctoritate judicium facerent. Aliquot librorum numeros adscribere suffecit; librariorum enim levitas, quae facile animadvertitur, vel melioribus lectionibus omnem fidem derogat 72). — In fine codicis z haec scripta: *Bellum Jugurthinum explicit, lege feliciter.* — Cod. 5752. *a.* apud Burnufium, quem saec. X. scriptum esse statuit; sed vix ante XI. scriptus est; incertae fidei liber, Catilinam et Jugurtham continet. — Cod. 6086. forma quadrata minor. Pergam. Saec. XII. vel XIII. init. liber eleganter scriptus; in fine mancus; desinit in cap. 109 Jug. — Cod. 6088. saec. XIV. literis Gothicis exaratus; plurima compendia scripturae; multae glossae receptae; habet proprias corruptelas, ne dicam variantes. — Cod. 5747. fol. liber jugurthinus (*constat iste liber domino meo comiti de Angolesmo*) picturis elegantissimis ornatus saec. XIV. nulla antiquae scripturae vestigia; est eodem numero Catilinarius, iisdem literis exaratus et ab eodem scriba, quem conferre nolui, ne in pessimis libris conferendis operam et oleum perderem. — Cod. 1750. fol. saec. XImi fine vel initio XII. eleganter et accurate scriptus. Catil. et Jug. accedunt glossae in margine et inter lin.; nulla scripturae antiquae vestigia; ordo verborum turbatus. Oratio Gaji (*sic?*) Caesa-

71) Sequuntur c. Cf. sub 70.

72) Derogat. Sequuntur in ed. Gerl. codicum quatuor b. c. x. z. lectiones variantes, quas nos, in lectorum commodum, si quid vidimus, ipsos in commentarios, h. s. v., in apparatum criticum, recepimus.

ris. — Cod. 1751. Perg. fol. saec. XIV. liber eleganter sed negligenter scriptus; liber negligentissimus. — Cod. 5756. fol. saec. XIV. Catil. et Jug. liber nitide scriptus. — Cod. 5758. saec. XIV. fol. Cat. et Jug. plures Cic. Oratt. pro Marcello, Dejotaro, in Catil. — *Salustii crispi liber secundus explicit. Qui cupis* etc. *Georgius de Vccrt.* — Cod. 5761. fol. min. saec. XV. liber eleganter scriptus; literae initiales picturis ornatae. Incipit liber Salustii de Katiline conjuratione; liber in Italia scriptus; s catet mendis, non desunt bonae lectt. sed fides libri summa negligentia librarii infirmatur. In fine, Cat.: *explicit Katilinarius feliciter.* — *Incipit Salustius de Jugurthino bello feliciter.* In fine Jug.: *Explicit feliciter Salustii Jugurthini liber; G. Guilermus vocatus, qui scripsit, bene dicatur.* — Seqq. IV. Catilinariae Oratt. et Invectivae Cic., in Sal. et Sal. in Cic. — Cod. 5762. Catil. Jug. saec. XV. picturis elegantissimis ornatus. *Crispus Salustius catilinario. prologus incipit feliciter.* — *Explicit Salustii Crispi liber de bello cathiline et de bello jugurthe. Deo gratias. Qui cupis* etc. — Cod. 6086. saec. XV. Catil. Jug. — Cod. 6089. Sal. Cat. et Jug., saec. XIV. 8. maj.; initio Catil. usque ad c. 42. omnia omissa. — Cod. 6602. Chart. Cat. et Horat. Odae. saec. XIV.; verba saepius transposita; sed liber non omnino contemnendus. — Cod. 6098. Chart. Sal. Cat. Jug. deest pars cap. 113. et 114. totum. — Cod. 6253. 8. maj. Perg. Cat. Jug. saec. XII. — Cod. 6094. Chart. Cat. Jug. picturis ornatus. Catilinariae Orationes. Aliena interposita et multa peccata. — Cod. 6097. Pergam. Catil. Jug. saec. XV. — Cod. 6102. Chartac. XV. satis bonus; Catil. eleganter scriptus. — Cod. 6101. plura folia initio Catil. transposita. Catil. Jug. Chartac. saec. XV. scriptus. — Cod. 6090. Catil. Jug. saec. XV. vel. XVI. scriptus; qui inter plurimas pessimas lectiones aliquot bonas habet. — Cod. 6093. Sal. Cat. Jug. et Epist. ad Caes. Perg. saec. XV. Liber haud contemnendus. — Cod. 6092. Cat. Jug. 8. min.; *Salustii Crispi de bello jugurthae felic. explicit* 1493. 28. *April.* Haec in fine. Liber in Italia scriptus. — Cod. 6091. a bono exem-

plari descriptus anno 1434. Cat Jug. — Cod. 6096. Cat. Jug. mutilus incipit c. 3. finit Jug. 76.: „*prorsus ab*." Folia transposita. Perg.; adnexae sunt aliquot Cic. Epp. Cod. Chart. — Cod. 6099. Chart. 8. m. Catil. Jug. et excerptum de Orosio. — Cod. 5757. fol. Chart. saec. XV. literis Gothicis exaratus, multis scripturae compendiis. Satis accurate scriptus. — Cod. 5759. Perg. fol. saec. XIV. Cat. Jug. corruptissimus. — Cod. 5760. Fol. Min. Perg. Cat. Jug. et Bernardi Abbatis Cluvevallensis de consideratione ad Eugen. papam liber. In fine Jug. haec leguntur: „Non miretur aliquis si aliqua vocabula in hoc libro prius non usu moderno scripta sint. Nam hoc fuit gratia exemplaris bene antiqui et veraciter scripti de quo omissis duntaxat diptongis (*sic*?) ōia ut jacebant hic apposui: verbi gratia *ois* pro *oes* (f. ōis pro ōes ?), *finis* pro *fines*, *advorsum* pro *adversum* et sic de aliis multis." Glossae in margine et inter lineas. — Cod. 6087. Colbert. 6011. Regius 5977. fol. min. saec. XI. Catil. et Jug. multa humore et madore corrupta. — Cod. 1575. (Sorbonne) saec. XV. Catil. Jug. Fol. — Hist. Rom. Mscr. 74. Fol. Chart. (Bibliotheque de l'Arsenal.) — Cod. Hist. Rom. 75. Chart. 8. Cat. et Jug.; mancus, pessime exaratus saec. XV. Folia Chart. et Perg. mixta. — Cod. 73. fol. mixtis Perg. et Chart. Jug. Catil. eleganter scriptus 73).

Codex Einsidelensis (303) saec. X. *Liber Salustii qui dicitur Catilinarius.* (Haec rubris litteris exarata.) Ad finem Cat. *Explicit Lib. I. incipit II. qui dicitur Jugurthinus.* Desinit liber in verbis *sed quoniam vra consilia accusantur* 74).

---

73) Scriptus. Quibus e libris Parisinis quas lectiones variantes GERLACHIUS excerpsit, eas integras apparatui nostro critico s. l. adscripsimus.

74) Codex Einsidelensis. Recepimus Einsidelensis quoque codicis varias lectiones, quas exscripsit GERLACHIUS in comm.

Codices Sangallenses 75).— Cod. Sal. No. 636. Sa-

5) Codices Sangallenses. Addit Gerlachius: „Codd. Salustii Sangalenses in universum parum accurate scripti', praeterea laceri, manci, ex variis libris consarcinati, ita ut novo Salustii editori parum inde adjumenti fieret. Sed eos plane negligere nolui, ne quid omitterem, quod ad genuina auctoris verba restituenda aliquid facere posse videretur.“ Var. lect. s. l.

Gerlachianae de libris manu scriptis dissertationi, iisque, quas e tribus editionis v. d. voluminibus congessimus, de eadem re notulis, pauca addamus necesse est.

In Ephemm. litt. Lipss. anni 1820. mens. Jun. Nro. 144. p. 1147. occurr. „Die Rathsbibliothek in Görlitz besitzt einen Sallust auf Pergam. in kl. 4. aus dem 12. Jahrh. Auf der ersten Seite stehet eine kurze Einleitung zu der Geschichte der Catilinarischen Verschwörung.“ Deinde conferuntur aliquot capita cum editione Telleriana. Jam vero respondit Anton, v. d., bibliothecae, Gorlicii quae floret, Praefectus, in iisdem Ephemm. Lipss. ej. ann. mens. Octobr. Nro. 258 p. 2057.: „Die Rathsbibliothek in Görlitz, welche meiner Aufsicht anvertraut ist, besitzt keine Handschrift des Sallust, und die oben beschriebene in kl. 4. aus dem 12. Jahrh. ist dieselbe, welche in dem Verzeichnisse der Büchersammlung, welche der Oberlausitzischen Gesellschaft der Wissenschaften gehört (Görlitz 1819.), aufgeführt wird (229. S. 546.). Sie wird zwar hier in den Anfang des 11. Jahrh. gesetzt und für kl. 8. ausgegeben; ich möchte behaupten, sie sey in grofs 8. geschrieben. — Ich benutze diese Gelegenheit, einer andern Handschrift des Sallust Erwähnung zu thun, welche, wie ich aus der Hall. Allgem. Lit. Zeit 1820, Nro. 156. S. 356. vermuthe, noch in Wittenberg seyn wird, wo ich sie sonst gesehen habe. Sie hat 24 Blätter in Fol. und kleinen Titel, ist auf Papier geschrieben (die Görlitzer auf Pergament) und aus der Zeit 1380 — 1420. Auch sind ihr, so wie der Görlitzer, erklärende Anmerkungen und Verbesserungen von anderer Hand beigeschrieben. Die Görlitzer enthält den Catilina und Jugurtha, nur die Fragmente Sallustii nicht, die Wittenberger nur den Catilina, doch ist an dieselbe ein gedruckter Jugurtha mit geschriebenen Anmerkungen von derselben Hand, von welcher die Anmerkungen bei der Handschrift

lustius de Catilina, de bello Jugurthino. Saec. XII. 4. min.

sind, angebunden, den Corte (Praef. S. XII.) genutzt zu haben scheint, nach dessen Meinung er um 1508 in Leipzig gedruckt worden ist." (cf. ad ann. 1508. recens. edd.) Varietatem lectionum utriusque codicis s. l. recepimus. Cet. cf. quae infra, de Cod. Gorlitiensi exhibet v. d. Kritzius.

„Relicuum est, inquit Kritzius (Vol. I. Praef. p. XXIII.), ut nonnulla de codicibus dicamus. Atque in Catilinae verbis recensendis non aliis subsidiis usi sumus, nisi quorum copiam Gerlachii industria fecisset. Sed quum hoc, quod nunc evulgamus, volumen typis paene totum impressum esset, una tantum plagula relicua, ex insperato nova quaedam subsidia nactus sum, quae Viro Excellentissimo, Joanni Schulzio, Regi Borussiarum a consiliis intimis, accepta refero. Is enim, intelligentissimus optimarum literarum existimator, idemque promptissimus ad juniorum hominum studia quovis modo juvanda, quum primum audivit, me Sallustium edere instituisse, pro insigni humanitate sua ultro duorum codicum, Dresdensis alterius, alterius Misnensis, varias scripturas, accuratissime ab ipso Cortiano exemplo ascriptas, simul cum aliis, quae olim de Sallustio docte commentatus erat, obtulit, et ut liberrime his omnibus pro meis rationibus uterer, permisit. Dresdensis liber Catilinam tantum continet, Misnensis vero Catilinam cum Jugurtha complectitur. Novas autem lectiones easque dignas quae prae ceteris in textum recipiantur hos codices non continere, non est quod miremur in tanta librorum collatorum multitudine; tamen haud raro optimas aliorum lectiones confirmant, ac mihi praeterea eam utilitatem praestiterunt, ut de Italorum codicum collatione a Gerlachio facta aliquanto rectius judicare posse mihi viderer. Nam quum is pauciores lectiones enotaverit, quam ut codices semper ubi nihil enotatum est cum ejus editione conspirare videri queant, interdum suspicabar non satis accurate eum membranas excussisse, atque lectiones satis bonas vel memorabiles neglexisse. Sed collatio cod. Dresd. et Misn., a Schulzio, V. Jll., eximia cum cura facta, ita ut ne minima quidem discrepantia desideretur, me docuit, Gerlachium, quum maximam partem similes horum libros nactus esset, consilio ita instituisse conferendi negotium, ut omissis diversitati-

nu secunda innumeris locis correctus. Multa compendia

---

bus, quae post tot collatos libros nullam utilitatem haberent et in levibus tantum rebus versarentur, potiores modo lectiones notaret, quarum paullo major certe usus in constituendis scriptoris verbis esset. Quod quamquam non plane vituperari potest, tamen ubi selecta tantum scripturae varietas est proposita, vix fieri potest, quin ea utentes interdum haereant, et in quandam dubitationem incidant. Quamobrem iis, qui varias lectiones diligenter examinare solent, haud ingratum fore arbitror, si accuratissima cod. Dresd. et Misn. collatio ad communem usum evulgetur; id autem fiet, quum absoluto altero volumine, quod Jugurtham et fragmenta cum indicibus continebit, ad tertium conficiendum non defuerit otium. — — — Ac quoniam tum de singulorum codicum externa et interna ratione accuratius agendum erit, eo negotio nunc quidem supersedere possumus, praesertim quum ad codices significandos iisdem signis ut priores editores usi simus, ita ut, si cui opus videatur, facile ex Cortii Gerlachiique editt. eorum notitia peti possit.“ — Addit vero v. d. jam Vol. II. Praef. p. VI. „Sed quamvis vereor, ne nihilominus id, quod a me ipso ad hanc editionem adornandam allatum est, valde tenue sit et scriptoris praestantiae parum conveniens, tamen eo certe aliquid commendationis hunc librum habiturum esse spero, quod prospera fortuna mihi contigit, novis quibusdam criticis praesidiis uti, quibus in priore volumine recensendo destitutus eram. Primum enim adhibui varias scripturas codicis Misnensis, a Viro Excellentissimo, Joanne Schulzio, enotatas, mihique (cf. supra) liberaliter traditas, quae, quoniam absoluto demum Catilina ad me pervenerunt, tunc in usum vocari non poterant. His accessit aliud ejusdem viri benevolentiae atque humanitati debitum auxilium. Quum enim comperissem, in bibliotheca regia Berolinensi nonnullos Sallustii codices asservari, Schulzius, Vir Illustrissimus, meo rogatu auctor fuit Wilkenio, illius bibliothecae praefecto summo, ut duos libros manu scriptos huc mihi mitteret, quibus inspiciendis et quantum fieri potuit diligentissime cum vulgata scriptura conferendis factum est, ut de multis locis certius ac verius judicare posse mihi viderer. Horum librorum quem vocavi Berolinensem primum, olim Santenii fuit, — (cum hac Kritzii dissertatione de codd. Beroli-

scripturae. In Italia scriptus esse videtur. — Jugurtha sine

---

nenss. conf., quae supra de iisdem protulimus ex ed. Gerlachii a. n. 68.) —, ex cujus bibliotheca a Diezio emptus postea hujus viri liberalitate in bibliothecam regiam transiit, numero 79. in Diezianis insignitus. Membranaceus, octonis nitidissime exaratus est, neque saeculo XIV. videtur antiquior esse. Nihilominus, licet praestantissimis non sit annumerandus, plerumque cum melioribus libris consentit, neque raro optimas aliorum codicum scripturas confirmat. Orthographiae antiquae pauca adhuc vestigia reperiuntur, velut quom pro quum, et gerundium tertiae conjugationis in undum terminatum; accusativus pluralis tertiae declinationis in is exiens semel exstat Jug. XXXV., 9., genitivus verborum secundae declinationis in ius exeuntium ter habetur, Catil. XVII., 2. XIX., 2. Jug. XXX., extr. In ceteris vulgaris scribendi ratio obtinet, nisi quod nonnulla vocabula perverso barbarae aetatis more forma pleniore eaque agresti et inepta exhibentur, velut nunctius, nunctio, sagiptarius, calumpnia, aerumpna, volunctas, tempto; ex quo patet, quam pravo judicio utantur, qui haec omnia ejusdem generis esse non assecuti temptare formam pro genuina venditant, cetera, scilicet pari jure ipsis probanda, damnant. — Alter codex, quem vocamus Berolinensem secundum, hanc notam habet, cod. Ms. lat. Fol. 29. Qui, quamquam externa specie altero multo est deterior (nam chartaceus formae maximae Pragae a. 1470 scriptus est, ut in fine Jugurthae notatum), tamen scripturae bonitate alterum longe superat, et luculento est documento, non satis circumspecte agere eos, qui in aestimando codicum pretio solam antiquitatem spectant, ac si quos recentioris aetatis esse cognoverint, continuo nullum eorum aut exiguum usum in re critica habere contendunt. In promptu est enim, libros ex bono interpolationibusque libero exemplo et a diligente librario descriptos, etiamsi sint recentioris originis, tamen plus valere ad veram scripturam constituendam, quam satis antiquos, sed ex inquinato fonte derivatos. Quamquam ista integritatis internae laus non ad totum codicem Berol. II. pertinet; nam inde a Jugurthae c. XCVIII. multo plures quam antea malas lectiones habet, ut jure conjicias, quae inde usque ad finem leguntur, non ex eodem, ut priora, sed ex alio valdeque depravato exemplo fluxisse, quae res tum multis glossis

lo. — Cod. Salust. Bibl. Sangall. 864. saec. XI. insunt

---

in ipsa verba auctoris illatis, tum turbato saepe verborum ordine confirmatur. Ad hoc per totum cod. scholia margini ascripta sunt, sed nullius pretii et ab alia manu profecta. Orthographiae ratio plerumque cum vulgari consentit. — Praeterea haud exiguo mihi usui fuit accuratissima collatio codicis Goerlitiensis — (vid. supra notitiam obv. in Ephem. Litt. Lipsienss.) —, quam ante hos quinque annos juvenis doctissimus, Mauritius Hauptius, Zittaviensis, ad me misit. Asservatur autem in bibliotheca societatis litterarum Lusatiae superioris, quae Goerlitiae sedem habet, quinque et quadraginta constat foliis membranaceis, formam habet octonariam, ac nitide et paucissimis scribendi compendiis exaratus est. De ejus aetate ab Hauptio rogatus Gustavus Haenelius, vir clarissimus, cujus judicio in tali re plurimum est tribuendum, respondit, sibi saeculo duodecimo ineunte scriptum videri. Orthographia quamquam nonnulla habet peculiaria, tamen in universum cum vulgari scribendi ratione congruit. Ceterum codicem ex emendato exemplo fluxisse, scripturae integritas ostendit, saepe cum optimae notae libris conspirans."

Kritzianae editionis ad exemplum contulit nuper codicem Goettingensem v. d. Fr. Guilh. Schneidewin. Eum codicem, addit, saeculum undecimum, si non excedat, attingere certe. Scripturam raro compendiis obscuratam, formam quartam, octavae confinem esse. Deesse tamen longe plurima, cum tantum supersint e Catil. inde a c. XXXVII, 6. usque ad XLVI., fin. Cf. Neue Jahrbb. für Philol. und Paedag. v. Seebode cet. cet. 1833, 2. Supplb. 3. Heft. p. 425. Varietatem lectionis s. l. in comm. n. recepimus.

Restat, ut de codice Erlangensi, quem ad verbum contulimus, disputemus. *)

---

*) Parvulis reliquorum de codice Erlangensi dissertationibus omissis, ea tantum adponamus, quae v. d. Gerlachius exhibet. „Codex Erlangensis, inquit Vol. I. praef. p. XVIII. (Ac. VI, 3, 241.) circa exitum saeculi XII. eleganter scriptus, forma quadrata, bellum Catilinarium et Jugurthinum continet, et antiquiorem librum bonae notae exprimere vi-

Horatii odae, Lucanus, Libri Amorum. Antiquae scripturae ab

Asservatur in bibliotheca academica Erlangensi (s. s. Ac. VI. 3. 241.) liber Sallustianus, saeculo, ut pro certo habemus, exeunte undecimo manu scriptus, qui, in plagulis membraneis satis eleganter exaratus, Caji Sallustii Crispi opera praeter fragmenta omissisque declamationibus omnibus integra continet. Constat liber e plagulis quinquaginta et una, quarum singula quaeque triginta strophas et unam continet, quarumque in prima sine ulla inscriptione bellum Catilinarium incipit O m i s h o m i n e s. Inde ab initio strophae quintae usque ad initium strophae decimae quartae in margine sinistro scripti sunt duo versus, quos sic legimus: Qui Catilinae bella Jugurthae

---

detur. Plura habet scribendi compendia, et cum in versibus interlinearibus, tum in margine scholia permulta, quibus vel res vel verba more veterum grammaticorum et glossatorum explicantur. Litterae initiales picturis sunt ornatae. Sub finem Jurgurthae hoc distichon legitur: Si cupis ignotum Jugurthae noscere letum, — Tarpeii montis pulsus ad ima ruit. Ad Calcem tabula geographica subjecta, ubi situs Asiae, Africae et Europae pro aetatis illius scientia descriptus est. Eadem forma tabulam in cod. Bernensi III. delineatam inveni. Utrumque codicem — (et Tegernseensem et Erlangensem) — V. D. Hufnagel, ab Harlesio rogatus, cum editione Brieglebii, qui in textu recensendo Cortium secutus erat, contulit. Postea Harlesius ipse maximam Catilinae partem examinavit, et utriusque codicis lectiones cum Cortianis comparavit, sed paucissimas proprias lectiones, et ab Erlangensi plerumque eas servatas invenit, quas Cortius falsas esse judicavit. Pauca veteris orthographiae vestigia; in Teg. e. gr. adulescentia, in Erl. cotidie legitur. In eodem ordo et structura vocabulorum a vulgatis libris et Mss. saepissime discrepat. Aliquoties recentior manus aliam adpinxit lectionem. Lectiones exemplari Brieglebiano adscriptas, Harlesius in editione, quam parabat, excudendas curavit. Orthographiae tamen varietatem ubique notare parum idoneum duxit. Sed ipse Hufnagel in codicibus examinandis parum diligenter egisse mihi videtur. Id quod cum antea suspicatus essem,

itio pauca vestigia. Fol. min. Jugurthae pars deest. Multae

---

discere quaeris; ista legendo, quaeque tenendo, cuncta doceris. — Ad mediam fere plagulam decimam septimam a. librarius finem dedit conjurationi Catilinariae. Addidit prima quidem manus, sed colore nigriore, explicit Catilinarius. (Literae e et x in explicit sunt unciales.) Sine inscriptione, ne spatio quidem ullo relicto, statim insequitur bellum Jugurthinum Falso queritur de natura. — Finitur bellum Jugurthinum ad mediam fere plagulam quinquagesimam b. Post verba spes atq'opes civitatis in illo sitas̄ (sic!), addito primum signo ⁂, sequuntur versus illi notissimi Si cupis ignotum iugurte.... oscere letum. Tarpei montis pulſus ad ima ruit. Suspicamur, pro vulgari Jugurthae noscere exhibuisse codicem Erlangensem Jugurthae agnoscere, sive, quod quidem pejus, sed verisimilius, Jugurthae cognoscere; nam inter iugurte et oſcere literas tres vel quatuor obliteratas esse, ipsa luce clarius est. — Tum demum addita sunt verba Explicit liber Salustii, rubro colore, ut fas sit colligere, ea esse a manu rubricatoris, quem dicunt. — Denique, duarum fere stropharum spatio relicto, a manu posteriore addita

---

quia, quem codicem a Cortianis lectionibus maxime abhorrere dixerat Harlesius, is saepius, quantum ex varietate lectionis conjectare licebat, audacissimas illius conjecturas firmare videbatur, tum cura viri humanissimi Doederleinii, qui litteras Graecas atque Latinas in Academia Erlangensi docet, factum est, ut hanc rem compertam haberem. Sed negligentiae, cujus Hufn. suspectum habui, haec sunt exempla: in Jugurtha c. 1. Erlang. habet, qui ad gloriam — fortuna — quippe quae — probitatem — eripere cuiquam — inertiam voluptatis — tempus aetatis ingen. — 2. et alia omnia hujuscemodi — et ignaviam. — 3. se fatigando — 4. moribus qui non — imperia — et ad honores etc., — (de qq. omnib. vid. comm.) — quae omnia notare omisit. Ex quibus colligas, illum non ea, qua par est, diligentia laborem susceptum perfecisse. Haec incuria magis etiam notanda est, quod

plagulae in medio libro omissae. — *Explicit Lib. I. incipit*

sunt verba: L i b e r i s t e e s t S a n c t e m a r i e J n F o n t e s a l u t i s (sc. Heilsbronn), cujus celeberrimi coenobii e bibliotheca liber in Erlangensem migravit.**) — In plagula quinquagesima prima a. occurrit tabula geographica, a manu, ut nobis persuasum est, prima delineata.***) Eam, ut cognoscas, quomodo auctor notas geographicas, quas Sallustius noster operibus suis, praesertim historiae belli Jugurthini adspersit, sibi pro scientia aetatis suae interpretatus sit, quam diligentissime depingamus. Est vero globo illi orbis terrarum haec forma.

Intra lineas, quae circum globum ductae sunt, in utroque latere, quo adjecimus literas a. a., scriptum est Oceanus. In prima orbis parte, duabus reliquis multo majore, quam litera A signavimus, duo obviam feruntur nomina, in medio quidem loco Asia, et paulo inferius h i e r l'm — (sc. Hierosoly-

---

cum quis omnes variantes se laudaturum profitetur, tum ex silentio glossatoris argumentandum est. Quo modo fit, ut multa falsa pro veris laudentur. Qua culpa ut vacuus essem, nullam lectionem eo firmatam habui, quod ex illis Codicibus nihil contra monitum erat; sed fieri potest, ut in primis plagulis pauci errores deprehendantur, quippe quae jam typis expressae erant, cum incuria illius editoris mihi est perspecta."

**) Constat illud coenobium (Heilsbronn) conditum esse anno p. Chr. n. MCXXXII. Libris, qui e bibliotheca coenobii in Erlangensem migraverunt, a monachis — inde a saec. XII. scriptis, omnibus anni, quibus finiebantur, subscripti sunt. Inde quoque fas est colligere, librum Erlangensem prius exaratum et a monachis emtum esse.

***) Id quod praesertim e literarum characteribus apparet, et

Prologus Scudi. — Explicit Prologus incipit Lib. II. de

---

ma). Intra lineas, quibus Asia ab Europa et Africa dividitur, duo conspiciuntur circuli, eorumque in primo litera S., in altero literae t i r', insequentibus statim verbis J t e r D i d o n i s i n A f r i c a m, unde fas est colligere, auctorem tabulae urbes S i d o n et T y r u s pro insulis habuisse. Intra lineas, quibus dividitur Europa ab Africa, obveniunt verba M e d i t e r n a n e u m m a r e (pr. Mediterraneum mare.). In altera orbis parte, quam litera B notavimus, tria occurrunt nomina. Prope lineas, quae Oceani situm ostendunt, E u r o p a, propius ad maris mediterranei littora R o m a et H y s p a n i a. Memoratu longe dignior esse videtur tertia tabulae pars, quam insignem reddidimus litera C. In hac quidem primum locum obtinet nomen K a r t' — (i.e. Carthago). Paulo inferius sedem suam habet n u m i d i a, tum l y b i e s. Secundum locum, haud ita longe a situ urbis Carthaginis remotum, tenent tres literae, ni fallimur S. L. S. — (duae Syrtes Libyae?). Paulo inferius linea est, quam curvum fluminis cursum designare putaveris; verum adscriptae literae K a t b' docent, locum Catabathmon auctorem tabulae prae oculis habuisse. Tum sequitur p s i a — (Persia). Locum tertium, ista linea paulo superiorem, obtinent duae figurae quadratae, □ □, quibus superinscriptum est p h y l' a r e — (Philenon arae). Quarto loco invenies C i r e n e n, paulo inferius p u s t a — (loca perusta sive exusta), tum obvenit G e t u l i a, postremo E g y p t'. Omnibus inferiorem locum obtinet nomen A f r i c a. — Quibus recte examinatis facile videbis, totam tabulam ad interpretanda capita 17. et 18. belli Jugurthini ab auctore delineatam esse. Sed de ea re hac tenus. — Plagulae quinquagesimae primae b. a manibus inter se diversis quatuor strophae recentioribus temporibus additae sunt, quarum duae tantum sanam mentem spirare videntur: non refert quis(,) sed quid dicatur(;) eloquere(,) dum non expedit tacere. — — Totum librum satis eleganter scriptum esse, jam supra diximus. Addamus

---

majuscularum, et minuscularum. Utinam placuisset v. d. Gerlachio, accuratam delineationem exhibere tabulae illius geographicae in cod. Bernensi III.

bello Jugurthino. Desinit liber in verbis *marium post principia habere ipse cum....*

---

necesse est, multa quidem obvenire scribendi compendia, quae tamen intellectu haud difficiliora sint. Quae qualia sint, e locis laudatis facile cognoveris ****). Ne quid omittamus, addimus, haud ubique quidem sed in locis longe plurimis obvenire e pro ae, m' pro mihi, & sive ꝯ pro et, e. c. studet, dec&, procederꝯ, qm̄ pro quoniam, ÷ pro est, quibus signum V pro §. adde, et quae sunt ejusdem generis alia. De literis initialibus rubricatorem bene meritum esse, non est, quod addamus. Ex his quoque, admodum sinceris, nullumque colorum splendorem prae se ferentibus, libri aetatem facile cognoscas. Verum id monendum est, literam i ubique sine (·) exaratam esse, et interpungendi nulla nisi puncti signa obviam dari, interrogandi (~), et finiendi (·,·). Itaque, quaecunque liber exhibet, et textum et scholia, facile leges, paucissimis exceptis, quae ob vetustatem membranarum non ita perspicua sunt. Pauca sunt correcta, sed a manu prima; alia, quae omissa erant, ab eadem addita. Ita e. c. Jug. c. XI. init. leges: A d e a J u g u r t h a t a m e t s i r e g e m f i c t a l o c u t u m. e t i p s e cet.; sed ab eadem manu super puncti signum, quod est post locutum(.), clarissimis literis, licet colore nigriore, additum esse videbis i n t e l l i g e b a t omissum. — — Ea, quae codici Erlangensi in margine et in versibus interlinearibus satis multa sunt, scholia ab altera manu esse, id quod saepius probare

---

****) Quum occupati fuimus in exaranda hac Codicis Erlangensis descriptione, pro certissimo habuimus, haud deforo typographum nostrum famae, in qua esse audieramus Monacensium elegantiam, artem atque industriam. Eam vero spem falsam fuisse, vix est, Lector benevole, quod moneamus. Nam quae sit typographi incuria, quae operarum oscitantia, quae officinae inopia, ex eo facile videbis, quod quamquam ea omnia parari mensibus jam aliquot ante jusseramus, neque siglorum, quae e libro nostro dedimus, neque ductuum characterumque literarum, quos descripsimus, ulla reperias vestigia. Itaque precamur, ut eam quam exemplis habueris fidem verbis nostris habeas.

studuerunt viri eruditi, vix est, quod negemus. Literarum enim iidem ductus, eadem scribendi compendia, atque alia signa, quae vix spreveris, haud pauca, praesertim literarum characteres, te diligenter examinantem facile docebunt, ab uno eodemque librario totum hunc librum Sallustianum exaratum esse. Nam quaerenti tibi, cur, ut unius solum vocis mentio fiat, in textu m', in marginalibus notis aliquoties michi pro mihi obviam detur, respondebimus, librarium in textu exarando bonum atque antiquum, in scholiis describendis malum suae aetatis exemplum sequutum esse. Id quod ex eo jam patere videtur, quod singulae scholiorum voces incuria rubricatoris haud ita raro colore rubro obliteratae sunt. Rubricatores vero, quos dicunt, non nisi ad finitos jam libros coloribus exornandos accessisse, neminem fugit. De colore in scholiorum vocibus non ita quam in textus verbis vivo qui dubitent, id sibi necesse est revocent in memoriam, multo tenuiore calamo literas marginales exarari solitas esse. — Id tamen concedimus, nostram spem, fore, ut ex tanta scholiorum copia ad illustrandum Sallustium novi quid hauriremus, omnem fere falsam fuisse. Pauca illa, quae frugi sunt, suo loco in commentarios nostros recepimus.

Jam si quis ex nobis quaerat, quid de libro terque quaterque a capite ad calcem excusso censeamus, nullum fere ausimus statuere arbitrium. Diximus supra, bonum atque antiquum librum — quis enim est, qui nesciat, neque bonos libros semper esse antiquos, neque antiquos semper bonos — in exarando textu librarium sequutum esse. Id quod probandum erit. Verum ne ipsi a partibus eorum stemus, quibus in describendo nostro libro Erlangensi jam nimis multi fuisse videbimus, de ea re in commentariis fusius agemus. Tamen, ne ipsi, quid nobis velimus, nescii esse videamur, unum locum, eumque huc usque aditu difficillimum, e codice nostro protrahamus. Cf. Jugurth. c. 47. (ed. Haverc. 51.)

Exhibent libri manu scripti longe plurimi, exhibent editiones veteres, ut scimus, omnes fere vel Huic Consul simul tentandi gratia: si paterentur opportunitates loci praesidium imposuit, vel Huic Consul simul tentandi gratia et si paterentur opportunitates loci praesidium imposuit. Sequuti sunt editores alii aliam lectionem usque ad Cortium. Qui vir sagacissimus loco sanando frustra studuit, scribens secundum codices,

duos Huic Consul, simul tentandi gratia, si paterent opportunitates loci, praesidium imposuit. Nec Gruterus loco deesse voluit. Conjecit vir doctissimus, id quod unus liber manu scriptus probat, esse legendum Huc Consul, simul tentandi gratia, et, si paterentur, opportunitate loci, praesidium imposuit. Recentiorum editorum, exceptis Bipontinis, nullus est, qui dubitet, quin Gruterum sequatur. Addit Gerlachius: qua quidem Gruteri conjectura omnia ista concidunt, quae Cort. excursu IV. doctius quam verius disputavit. — Agit de eadem re fusius E. W. Fabri — (non Faber ut exhib. Kritzius. Cf. recens. edd. ad ann. 1832). — Die meisten Codd. haben et, si paterentur opportunitates loci, was keinen passenden Sinn gibt. Kortte liefs daher nach einigen Handschriften et weg und las nach zweien: si paterent nämlich opportunitates loci. Indessen vermifst man dann im Folgenden eine Beziehung auf simul. Angemessener ist Gruter's auch durch eine Handschrift bestätigte Vermuthung: opportunitate, so dafs tentandi gratia als erster, opportunitate loci als zweiter Grund, warum Metellus eine Besatzung nach Vacca legte, und si paterentur (nämlich Vaccenses), als die Bedingung steht, unter welcher der zweite Grund statt finden konnte. Der Wechsel des Ausdrucks in tentandi gratia und opportunitate loci, so wie die Verbindung durch simul — et ist in Sallust's Sprachgebrauch ganz begründet. Vergl. zu Cat. 9, 3. u. Jug. 20, 1. — Monet Kritzius, v. d., Qui sequitur locus mirifice vexavit editores, et a plerisque omnibus non minus male scriptus quam explicatus est. Quorum erroribus examinandis et refellendis ne fatigemus lectores, eam viam inibimus, ut scripturam a nobis receptam explicemus, ceterorum rationes breviter tangamus. Igitur tentare, ad quod verbum suppleas eos ex antecedentibus, est ad desciscendum et ad proditionem illicere, ut c. XLVIII., 1. XXIII., 1. XLVI., 4. XLVI., 1. Liv. XXIV., 7., 1. ibid. c. XIII., 7. et c. XIV., 1., quae prima caussa

erat praesidii imponendi; altera erat opportunitas loci, quem si teneret, multum se ad res feliciter gerendas adjutum iri videbat Metellus; magnam autem utilitatem ex loci opportunitate tum demum habiturus erat, si incolae sibi faverent, quare auctor addit si paterentur, sc. se tentari, i. e. corrumpi, et ab Jugurtha alienari. Duplicem causam, qua Metellus movebatur, Sallustius significavit particulis simul — et, quae sibi respondent, ut c. LXIV., 5. LXX., 5. XXIV., 5. XCVI., 1. XCVII., 5. CVI., 1. Cat. XXVIII., 4. Fragm. Historr. III., 22., 21. cf. Gronov. ad Liv. XXVI., 43., 7. et Drakenborch. ad XXXIII., 12., 2. Praeterea auctor variata structura in bimembri oratione usus est, ut saepissimé, v. ad c. V., 4. VII., 1. Ablativum autem in caussae declaratione legitime poni, docuimus ad Catil. XXXI., 3. (cf. ibid.). Haec satis simplicia prorsus pervertit Cortius scribendo: tentandi gratia, si paterent opportunitates loci. Scilicet ut haberet, quo tentandi referret, et auctoritate Sen. 1. omisit, ex Rem. I. scripsit paterent, opportunitates loci inepte explicavit muniones, turres, arces, neque sensit, absurdam ita fieri totam sententiam. Nam si praesidium revera imposuit Metellus, quid opus erat tentare, num imponere posset. Ceterum pro opportunitate, quod quibus libris firmetur non solum priorum editorum, sed etiam Gerlachii negligentia nescimus, fere omnes codices habent opportunitates. Sed accusativus scribis debetur, qui non haberent, quo paterentur referrent; vereque Gerlachius monuit ex eo, quod in Guelf. 11. Med. 4. 10. et Bon. legitur propter opportunitates, intelligi, primitus opportunitate scriptum fuisse, cujus structurae vim librarii praepositione addita illustrare voluerint. Sed non placet quod idem antecedentia verba sic explicat: „animos illorum explorandi gratia, an servitii jugum a Romanis sibi impositum aequo animo ferrent.“ Multo inconsultius

Bipontini egerunt, insulsa conjectura textum onerantes: „simul tentandi gratia et opperiundi, si paterentur opportunitates loci," cui inepto ausoansam dedit glossa cod. Vin. 2., alieno loco textui illata, sim. tentandi gratia et piundi, i. e. experiundi, quod aliquis tentandi verbo superscripserat. — Ita viri eruditi. — Locum, cujus sanandi causa tot tantique viri operam suam et oleum perdiderunt, neque sanum nunc esse, neque aditu facilem, immo aegerrimum ditu-que difficillimum, ipsa te docebit adnotationum argumentorumque, quibus enituntur, immensa fere multitudo. Verum quid tandem est, quod agamus? Omissis relictisque omnibus, solum ad Codicem Erlangensem, quem tam parvi huc usque habuere viri docti, ut eum ne religiosa collatione quidem dignum putarent, necesse est confugiamus. Qui liber bonae notae clarissimis exhibet verbis: huic consul simul tentandi gratia et simul gratia hiemandi, si paterentur opportunitates loci, praesidium imposuit. Librarium bene intellexisse, quid sibi velit gratia hiemandi, inde appares, quod addidit interpretandi causa gratia permanendi, manendi in hieme. Suspicamur, eandem esse lectionem cod. Vin. 2., quae in editionibus aliquot veteribus occurrit, sc. huic consul simul tentandi gratia et capiundi. Bipontinos non tam inepte egisse, aliae docent editiones veteres, eaeque melioris notae, quae exhibent huic simul tentandi gratia et opperiundi cet. Sed sufficiant haec. In commentariis s. l. singulas editiones examinabimus. — Varietatem lectionis libri nostri Erlangensis a primo versu ad ultimum usque in Commentariis nostris notabimus. Id solummodo restat, ut dicamus, exhibere eundem librum et omnis et mortales, et maximus et faciundum, et cotidianus atque cotidie et reliquum, et di et quibus, quibus non est quod plura addamus.

RECENSUS LIBRORUM EDITORUM, QUIBUS USI SUMUS[76].

1471. *Crispi Salustii* Catilina et Jugurtha. Crispi Salustii oratoris clarissimi vita. Crispi Salustii in M. T. Ciceronem invectiva. M. T. Ciceronis in Crispum Salustium responsio seu invectiva 77).

s. a. (1494?) *Hoc in volumine haec continentur.* Pomponii Epistola ad Augustinum Mapheum. C. Crispi Salustii bellum catilinarium cum *commento* Laurentii vallensis. Portii Latronis Declamatio contra L. Catilinam. C. Crispi Salustii bellum *Jugurtinum* cum commentariis preclarissimi

---

76) Recensus librorum editorum cet. Boni editionum atque versionum Sallustianarum indices cum haud ita rari sint, ex immensa fere librorum editorum multitudine eos, quibus ipsi usi eramus, tantum describere, quam Bipontinorum, Eberti, Frotscheri, Schweigeri aliorumque vv. dd. opera nostris additamentis augere maluimus.

77) Crispi Salustii Catilina et Jugurtha cet. Constat, duas editiones Sallustianas appellari principes primarias, alteram sine loco et nomine typographi, alteram Venetiis per Vindelinum de Spira, utramque anno MCCCCLXX. publici juris factam; tertiam enim qui nominaverunt illam, in qua praeter literas A .:. R .:. , in fine Jugurthae adpositas, nulla ne-

fratris *Joãnis chrysostomi* Soldi Brixiani. C. Crispi Salustii variae *rationes* ex libris ejusdem historiarum *exceptae*(.) C. Crispi Salustii vita. Romae per Pomponium emendata: Brixiaeque per Joannem Britannicum diligentissime revisa. Fol. 78).

1509. *Opera Salustiana.* In Caij Crispi Salustij opera Ascensii familiaris interpretatio. In cujus complexu hec opera

---

que officinae — (sc. Adam Rot) —, neque anni vestigia reperies, via haud satis munita prodiisse videntur. Illas duas editiones principes sequuta est anno MCCCCLXXI editio, quae dicitur princeps secunda. Exemplar editionis hujus perrarae perque bonae, quod in bibliotheca publica Norimbergensi asservatur, nobis liberaliter suppeditatum est. Esse eandem inter libros bibliothecae aulicae Monacensis, nuper audivimus. Constat liber e plagulis 69, quarum in prima sine titulo initium Catilinae est (O)MNIS HOMINES, in vicesima prima b. finis, addito verbo τέλος. Initium Jugurthae est in pl. 22, a. sine inscriptione (F)ALSO.QUERITUR. DE cet., finis pl. 63, b., additis primum .EXPLICIT.. M.CCCC.LXXI., tum disticho Qui cupis ignotum Jugurthe noscere letum. Tarpeie rupis pulsus ad ima ruit., postremum versibus Quadringenta iterum formata volumina nuper Crispi: dedit venetis spirea vindelinus. Sed meliora quidem lector: mihi crede: secundo: Et reprobata minus: antea quam dederat. His ex versibus facile colligas, publici juris factam esse hanc editionem Venetiis per Vindelinum de Spira, eamque esse non principem, sed Vindelinam secundam, sive, quam dicunt, principem secundam. In pl. 64, a. initium est vitae Sallustianae, vv. cRispus Salustius vir patricius cet., invectivae Sallustii in Ciceronem pl. 66, a. vv. gRaviter: et iniquo cet., invectivae Ciceronis in Sallustium pl. 67, a., vel rectius b., nam solus titulus locum habet. 67, a., vv. eA demum cet., finis 69, b., anno addito M.CCCC.LXXI. — Variationem lectionum h. ed. in commentarr. nostrr. ubique recepimus.

78) Hoc in volumine — Fol. Editionis hujus non ita rarae — (exstat quoque in bibliotheca aulica Monacensi, item in bibliotheca ampliss. Senatus Lips.) — duo nobis ad manus sunt

continentur omnia. Epistola Pomponij leti de ejusdem recognitione, Salustij vita cum ejusdem explanatione. Historie descriptio: spēs — (sc. species) — et utilitates. Historici stili viginti precepta. C. Crispi Salustij Conjuratio et bellum Catilinarium. C. Crispi Salustij bel-

---

exemplaria, alterum Bambergense, a rubricatoribus splendidissime ornatum, cum editione Valerii Maximi cum commento Oliverii Arzignanensis Vicentini a. M.CCCC.LXXXXIIII. conjunctum, neque tamen a JAECKIO, v. d., jure anno MCCCCLXX. adscriptum — (cf. systematisches Verzeichnifs etc. etc. der Bibliothek zu Bamberg von J. H. Jaeck. Nürnberg 1834. p. 31.) —, alterum Erlangense, cum editione Justini, una cum Lucii Flori gestorum Romanorum epit. IV. et indice rerum memorabilium Mediolani apud Minutianum anno M. D. II. Jd. Jan. impressa, et cum editione operum Petri Criniti, in aedibus Ascensianis ad Idus Junias MDVIII. impressa, conjunctum. Ne quid omittamus, monendum est, sequi post editionem Mediolanensem versionis Plutarchi, quam Guilielmo Xylandro debemus, fragmenta aliquot, sc. a pag. 845 — 926. — Editionem hancce Sallustianam diligenter examinantibus nobis haec fere occucurrere notatu digna. Prima in plagula est imago, quinque hominum figuras repraesentans, quarum tribus superinscripta sunt nomina JOANNES BRI., SALUSTIUS, LAURENTIUS. Sallustio togato in sella curuli dictante, Joannes Britanicus atque Laurentius cum tertio quodam alio, quos habueris professores, dictata in cathedris suis assidue audire atque diligenter chartis tradere videntur. Sub quinta figura numne famulus an discipulus quidam intelligendus sit, non satis liquet. Insequitur titulus, quem, ne mendis quidem typographicis exceptis, e. c. commento pro commentario, rationes pro orationes, exceptae pro excerptae, accurate descripsimus. Eadem in plagula prima b. occurrit Pomponii epistola: AUGUSTINO MAFEO RERUM RO. THESAURO POMPONIUS LAETUS. In plagula secunda a. incipit Catilina (o)MNIS HOMINES, praemissa duplici inscriptione, sc. Laurentii Vallensis in C. Crispi Salustii Catilinarium commentarii atque C. Crispi Salustii lib. de conjuratione L. Ser. Catilinae. Catilinae finis est pl. 25, b., nulla nota adposita. In pl. 26, a. sequuntur duae epistolae, ab Joanne chrysostomo ad Bar-

lum Jugurthinum. Portij latronis in Catilinam declamatio. Philippi beroaldi invectivarum Ciceronis commendatio. M. T. Ciceronis in Catilinam invective quinque. L. Sergij Catiline in Ciceronem responsive due. C. Crispi Salustii in Ciceronem invectiva. M. T. Ciceronis in eundem responsiva. M. Emilii Lepidi oratio ad populum romanum. Oratio Philippi in senatu contra Lepidum. Oratio Cotte consulis ad populum. Oratio

---

tholomeum Soldum fratrem datae, altera ex monasterio sancti Leonardi quinto calen. Januarii M.CCCC.LXX. extra Veronam, altera Patavii. XV. calen. Julias. M.CCCCLXX. scripta. In pl. eadem b. sequitur Vita Nostri, vel potius praefatiuncula quaedam editoris, titulo superinscripto Commentaria Joannis Chrysostomi Soldi Brixiani in bellum Jugurthinum. In plagula 27, a. est initium C. Crispi Salustii libri de bello Jugurtino verbis FALSO quaeritur cet. Finis-Jugurthae est in pl. 91, a., sub textu additis verbis C. Crispi Salustii de bello Jugurthino. Finis., sub commentario Lector memento scriptum esse in iugurthino. Deinde postero die per Saritiam legem sententiis exquisitis in deditionem accipitur ubi mendum tollendum est et legendum per Satyram legem; non per Saritiam. Nam lex Satyra est auctore Diomede grammatico quae uno rogatu multa simul et varia comprehendit: ut vultis; jubetisne ut cum jugurtha bellum componatur: elephantos tradat omnes: transfugas reddat universos. Finis. — Ut pauca haec verba mendis typographicis — (auctore, naria, iugurtha cet. cet.) — satis plena sunt, ita per quindecim continuas plagulas inscriptio in margine est Com — in Jugurtino pro — — in Jugurtinum; semel obvenit — — in Jugurthinum; bis ex Catilina inscriptio migravit in Jugurtham, et quae sunt alia oscitantiae operarum vestigia. Jugurtham excipit Portii Latronis Declamatio contra Lucium Servium (sic!) Catilinam. Tum sequitur Oratio Lepidi Con. ad Populum. Ex libris historiarum. C. Crispi Saltstii (sic!). Eam excipit Oratio Philippi in Senatu. Hanc Oratio C. Cottae Consulis ad populum et Ora-

M. tribuni plebis ad plebem. Epistola Cneij Pompeij ad Senatum. Epistola Mithridatis ad Arsacem. Orationes due ad Cesarem senem de republica. Guilielmi Ramesei Sagien. Ad lectorem Epigramma.

Ad rhodani tandem venit Salustius oras
Sensibus eximiis plenus: et eloquio
Scilicet: antiquam lugdunum viseret urbem
Usui et optato civibus inde foret
Quem penitus gothe lacerarant agmina gentis
Corporis ut ferme totius impos erat.
Sed facilem plagis Ascensius ille medellam
Et melius nervis nunc dedit antidotum
Hunc emptes igitur: tanto tibi vulnere sanum
Nec sis damnoso parcus in ere. Vale.

Finis 79). 4.

11. *Opera Salustiana.* Opera. C. Crispi Salustij divini historiographi nec non verissimi (ut probati attestantur) cum ejusmodi radicem lingue latine merito dicimus inesse. Et si qua verborum gravitate juvenes premantur Ascensii expositione elucidata ac clarissime exposita.

---

tio Marci. Tr. Pl. ad Plebem. Sequuntur Epistola Cn. Pomp. ad Senatum, Epistola Mithridatis, Orationes ad Caesarem senem de republica, necnon invectivae. In fine libri: Finis. Registrum. Omnes sunt terni praeter e et t qui sunt duerni. — Varias lectiones hujus editionis, quam vv. dd. anno vel MCCCXCV., vel, qui nobis quidem tutius procedere videntur, MCCCCXCIV. adscribunt, notas quoque, quas frugi esse vidimus, in commentarios nostros recepimus.

79) Opera Salustiana — Finis. Haec editio, quae nescio an non mera sit repetitio editionis, anno MDVI. a Johanne de vingle diligenti accuratione impressae, Lugduni a MDIX. prodiit. Occurrunt enim in fine operis: Finis hujus operis ex variis collecti. C. Crispi Salustij Catilina et Jugurthina cum reliquis collectaneis ab Ascensio: utcunque ex planatis: hic suum capit finem. Lugduni diligenti recognitione Impressus per Clau-

Hos cum ceteris majorum diligentia expositis imprimendos curavimus: correximus: vobis diligentissimis juvenibus romane linguae fundamentum. senibus vero sapientiam. ambobus jucunditati. In cujus complexu hec opera continentur omnia 80). cet. cet. cet.

1521. *C. Crispi Sallustii* de Conjuratione Catilinae. Ejusdem de bello Jugurthino. Orationes quaedam ex libris historiarum C. Crispi Sallustii. Ejusdem oratio contra M. T. Ciceronem. M. T. Ciceronis oratio contra C. Cri-

---

dium davost al's de Troys. Impensis honesti viri Simonis vincentij. Anno domini Millesimo quingentesimo nono. V. id. Junij. Exemplar, quod in bibliotheca Acad. Erlangensi asservatur, a capite ad calcem contulimus. Variationem lectionum paucasque animadversiones in commentarios nn. recepimus. Vix est, quod moneamus, adjunxisse exemplari nostro bibliopegum: P. Terentii aphri comicorum elegantissimi Comedie: a Guidone Juvenale viro perque litterato familiariter explanate: cet. cet. cet. M.CCCCCVIII.

80) Opera Salustiana — omnia. Post vv. continentur omnia sequuntur ea, quae in titulo edd. Lugd. Anni MDIX, praeter Epigramma Guilielmi Ramesei. Ipsa typographorum menda repetuntur, vel novis additis, ut e. c. pl. XXXIII., b. ad init. Jugurthae C. Crispi Saustii historici cet. Unde prodierit liber, haud dubium est. Ad finem operis occurrunt: C. Crispi Salustij Catilina et Jugurthina cum reliquis collectaneis ab Ascensio: utcunque explanatis: hic suum capit finem diligenti recognitione Impressus per Jacobum mareschal. Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo. die vero decima septima Mensis Octobris. Nostro quidem exemplari adjunxit bibliopegus librum satis rarum: P. Ovidii Nasonis Heroidum Epistole Sapphus: atque in Ibin argutie. Cum triplici explanatione altera familiari: et cum totius operis exactissima castigatione. Ad finem: Finis argutissimi opusculi Ovidii in Ibin duplici commentario diligenter explanati inpensis Ste-

spum Sallustium. Ejusdem orationes quatuor contra Lucium Catilinam. Porcii Latronis declamatio contra Lucium Catilinam. Quae omnia solerti nuper cura repurgata sunt ac sua quaeque ordine optime digesta. Venetiis ex aedibus Aldi et Andreae soceri mense Januario M. DXXI. 8. 81).

542. *C. Crispi Salustii* de L. Sergii Catilinae conjuratione ac bello Jugurthino historiae. Una cum castigationibus in easdem J. Rivii. Lipsiae apud Jacob. Berwald. MDXLII. 8. 82).

550. *C. Crispi Salustii* de L. Sergii Catilinae conjuratione ac bello Jugurthino historiae. Ex castigatione Joan. Rivii Atthendoriensis. Cum annotationibus marginalib. D. Philip. Melanth. Adjecimus nunc primum in omnia Salustii, quae hodie extant fragmenta, Henrici Glareani Helvetii poetae Laureati annotationes. Cum quibusdam aliis in Catilin. et Jugurth. Salust. Jacobi Bononiensis annotatiunculis. Coloniae Martinus Gymnicus excudebat, Anno M. D. L. 8. 83).

---

phani Guaynardi. Opera vero et artificio Johannis de Vingle. Anno gratie M.CCCCC.III. Nonas Aprilis.

81) C. Crispi Sallustii — MDXXI. Contulimus hanc editionem Asulani elegantissimam satisque et bonam et raram a capite ad calcem. Ipse auctor se optimis ait et vetustissimis hoc in faciendo opere usum esse exemplaribus. Quod quidem haud ubique factum est. Multa enim insunt perversa. Sed de h. r. in comm. nn. s. l. agemus.

82) C. Crispi Salustii — MDXLII. Rivius usus est ad textum recognoscendum libris compluribus manu scriptis. Prodiit editio prima, ut scimus, a. 1539. Haec nostra mera repetitio esse videtur. Cf. Frotscher Ind. Edd. ad h. a.

83) C. Crispi Salustii — M.D.L. Editionem hanc melioris notae ad verbum contulimus. Ea, quae frugi esse cognovimus, s. l. in comm. recepimus. Pauca de libro non satis noto adda-

1579. *C. Sallusti Crispi* operum quae exstant, nova editio. Edente et resensente L. Carrione. Antverpiae, ex of-

mus. Praemissa est epistola, quae in editione anni 1542, dedicatoria: Joan. Rivius Atthendoriensis, generoso ac nobili adolescenti, Ernesto a Schoneburgk, Glaucii et Tualdenburgi domino, S. D. Eam excipit: Ex libris Petri Criniti de historicis ac oratoribus latinis, Salustii vita. Sequitur: Fragmentum orationis Ciceronis pro M. Caelio, in quo mores Catilinae tanquam penicillo exprimuntur. Incipit Catilina p. 1. C. Crispi Salustii in historiam de conjuratione Catilinae, Prooemium. Omnes homines cet. cet., p. 4. C. Crispi Salustii de conjuratione Catilinae historia. Lucius Catilina cet. cet. Pag. 61. Finis. C. Crispi Salustii de bello Jugurthino historia. Falso queritur cet. cet. Pag. 178. Finis. C. Crispi Salustii in M. Tul. Ciceronem oratio. Graviter et iniquo cet. cet. p. 182. M. T. Ciceronis in Crispum Salustium oratio. Ea demum cet. cet. p. 191. Finis. Sequitur novus titulus: M. T. Ciceronis contra Catilinam orationes quatuor. Portii Latronis declamatio contra L. Sergium Catilinam. Oratio Lepidi Cons. ad Pop. Roman. ex libris historiarum C. Crispi Salustii. Oratio Philippi in Senatu. Oratio C. Cottae Cons. ad populum. Oratio Marci Trib. pleb. ad plebem. Epist. Cn. Pompeij ad Senatum. Rex Mithridates reg. Arsaci. Ad C. Caesarem de republica ordinanda orationes duae. Coloniae, Anno M.D.LIII. Jam incipit pag. 192. M. T. Ciceronis contra Catilinam oratio prima. Quousque tandem cet. cet., p. 209. or. secunda. Tandem aliquando cet. cet. p. 225. or. tertia. Rempublicam Quirites cet. cet. p. 242. or. quarta. Video P. C. in me omnium cet. cet. Inde a pag. 254. usque ad pag. 333. Declam. Portii, oratt. Lepidi, Philippi, Cottae, cet. cet. Eadem pagina Finis. Adduntus: Epistola dedicatoria Henrici Glareani ad D. Joannem Vuernherum a Rischach, d. Friburgi Brisgoae, Cal. Novem. Anno natali Christi M.D.XXXVII.: Glareani ejusdem annotationes, nec non Bononiensis annotatiunculae atque index rerum ac sententiarum: nullis paginarum numeris adpositis.

ficina Christophori Plantini, Architypographi Regii. CIↃ.IↃ.LXXIX. 8. 84).

— In *C. Sallustii Crispi* Catilinam, et Jugurtham Joannis Rivii Castigationum lib. II. Aldi Manutii Paulli F. Scholia. Cypriani a Popma Emendationes. In Historiarum Lib. VI. a Ludovico Carrione collectos, auctos, et restitutos. Ejusdem Lud. Carrionis Scholia. Antuerpiae, Ex officina Christophori Plantini Architypographi Regii. CIↃIↃ.LXXIX. 8. 85).

19. *C. Sallustii Crispi,* historiae romanae principis, opera cum fragmentis. Christophorus Colerus omnia recensuit, emendavit, et Notis illustravit. Noribergae, Excudebat Paulus Kauffmann. CIↃ.IↃ,XCIX. 8. 86).

---

84) Architypographi Regii CIↃ.IↃ.LXXIX. Pag. 1. Titulus; p. 2. Index operum, quae in editione publici juris fiunt; p. 3. Epistola editoris ad typographum, data Bonna, non procul a Corneliana Ubiorum ara., Matronalibus CIↃ.IↃ. LXXIX.; p. 4. scriptorum qq. de Sallustio judicia; p. 17. C. Sallustii Crispi Bellum Catilinarium. Omnis hominis cet.; p. 61. C. Sallustii Crispi Bellum Jugurthinum. Falso queritur cet.; p. 147. Carrionis praefatio in libros Historiarum; p. 156. nomina scriptorum, quorum ex operibus fragmm. hist. collecta sunt; 157—208. ipsi historiarum libri; p. 209—225. orationes de rep. ordin.; p. 225—236. declam. Sall. in Cic. et Cic. in Sallustium. — Bonae notae librum accurate contulimus. Vid. s. 85.

85) Architypographi Regii CIↃ.IↃ.LXXIV. Liber optimus, quem pro antecedentis editionis parte altera habere ipse auctor nos jubet in ejd. p. 2. Itaque utrumque opus officinae Plantinianae in nostro quidem exemplari bibliopegus recte conjunxit. Praeter ea, quae in titulo libri occurrunt, addita sunt Carrionis scholia in fragmenta historiarum, in orationes de republica ordinanda et in declamationem Sallustii in Ciceronem, nec non index rerum et verborum memorabilium.

86) Paulus Kauffmann. CIↃ.IↃ.XCIX. Pag. 1. Belli Catilinarii epitome ex L. Flori historiarum libro IV.; p. 3. initium

1622. *Cai. Crispi Sallustii* historiae romanae principis opera quae exstant: cum fragmentis. Ex nova recensione Joh. Philippi Parei. Francofurti ad Moenum, Impensis Johannis Schmidlini Bibl. Excudebat Johannes Fridericus Weissius. M. D. CXXII. 8. 87).

1671. Christoph. Adami Ruperti Professoris quondam Altorphini, observationes civiles, morales, et grammatico-philologicae, ad C. Sallustii Crispi bellum Catilinarium, Jugurthinum, Fragmenta, et Orationes de republica ordinanda. Noribergae. Sumptibus Johannis Danielis Tauberi, imprimebat Christoph. Gerhard. M.DC. LXXI. 8. 88).

1674. *C. Sallustii Crispi* quae exstant. In usum serenissimi Galliarum Delphini, diligenter recensuit, et notulas addidit Daniel Crispinus. Parisiis, apud Fridericum Leonard Typographum Regis, Serenissimi Delphini, et Cleri Gallicani, via Jacobaea. M.DC.LXXIV. Cum privilegio Regis. 4. 89).

Catilinae; p. 61. Belli Jugurthini epitome ex L. Flori hist. l. III.; p. 64. initium Jugurthae; p. 179—241. historiarum libri VI. et fragmenta; pp. 242—289. orationes de republ. ordin., invectivae Sall. et Cic., testimonia scriptt. de Sallustio; p. 290 — 490 notae Coleri ad Catil., Jugurth. et Fragmm.; accedit Index rerum et verborum memorabilium. Librum diligenter contulimus, qui vero spem nostram haud raro fefellit.

87) M. D. CXXII. Acced. Index verborum et locutionum Sallustianarum. Repetitionem hancce editionis Pareanae non frustra contulimus.

88) M. DC. LXXI. Non est, quod spernas librum suae quidem aetatis doctrina satis plenum. Haud pauca in comm. nn. recepimus.

89) Cum privilegio Regis. Praecedunt Epistola dedicatoria ad Delphinum, Praefatio ad lectorem, Privilege du roy, Petri Criniti de Historicis cet., Vossii de Historicis cet., testimonia de Sallustio. Pag. 1 — 156. Catilina et Jugurtha; p. 157

94. *C. Crispus Sallustius*, primus in historia, seu bellum Catilinarium et Jugurthinum. Cum Commentariis Minellii. Roterodami apud Leers. M. DC. XCIV. 12. 90).

10. *C. Crispi Sallustii* quae exstant cum notis integris Glareani, Rivii, Ciacconii, Gruteri, Carrionis, Manutii, Putschii, Dousae. Selectis Castilionei. C. et A. Popmae, Palmerii, Ursini, J. Fr. Gronovii, Victorii etc. Accedunt Jul. Exsuperantius, Portius Latro et fragmenta historicor. veterum cum notis A. Popmae. Recensuit, notas perpetuas et indd. adjecit Jos. Wasse. Praemittitur Sallustii vita auctore Joan. Clerico. Cantabrigiae, typis acad. apud. Corn. Crownfield. M.DCC.X. 4. 91).

24. *C. Crispi Sallustii* quae exstant item Epistolae de republica ordinanda Declamatio in Ciceronem et Pseudo-Ciceronis in Sallustium nec non Jul. Exsuperantius de bellis civilibus ac Porcius Latro in Catilinam. Recensuit diligentissime et adnotationibus illustravit *Gottlieb Cortius.* Accedunt Fragmenta veterum Historicorum, Constantius Felicius Durantinus de conjuratione Catilinae et Index necessarius. Lipsiae, apud Jo. Frid. Gleditschii b. filium. MDCCXXIV. 4. 92).

— 234. Fragmenta, Orationes de rep. ord., Declamationes. Accedit Index rerum maxime memorabilium, nec non Index vocabulorum omnium quae in Sallustio leguntur. Ne indice quidem vocabulorum commode uti poteris, quippe qui in paginarum lineas, neque vero in capita releget. Pauca excerpsimus.

0) Minellii — M.DC.XCIV. Librum, tribus quatuorve locis exceptis, frustra examinavimus.

1) Corn. Crownfield. M.DCC.X. Non est, quod de editione egregia disputemus. De codicibus, quibus usus est Wassius, vide supra. Notas, quas vir clarus editioni suae proprias adjecit, omnes fere in comm. nn. recepimus. De iis, quae praeter rem sibi permisit Wassius, s. l. agemus. Indices non ea, qua par erat, diligentia exarati sunt. Liber in dies majore pretio venit.

2) MDCCXXIV. De libris manu scriptis, quos Cortius ad re-

1742. *C. Crispi Sallustii* quae exstant. Cum notis integris Glareani, Rivii, Ciacconii, Ursini, Carrionis, Manutii, C. et A. Popmae, Palmerii, Putschii, Douzae, Gruteri, Ruperti, Graswinckelii, et Josephi Wasse; atque selectis Castilionei, Zanchii, J. Fr. Gronovii, Jani Broukhusii, etc. Accedunt Julius Exsuperantius et Porcius Latro, ut et Fragmenta historicorum, cum notis integris A. Popmae, Coleri, Ruperti, Wassi, Broukhusii, etc. cura Sigeperti Havercampi. Cum indicibus copiosissimis. Tomus primus. Amstelaedami, apud F. Changuion, cet. cet. cet. M.DCC.XLII. (Tom. II. a. eod. ibid.) 4. 93).

1778. *C. Crispi Sallustii* bellum Catilinarium et Jugurthinum. Ex recensione G. Cortii cum variis lectionibus duorum

---

cognoscendum textum contulit, vide supra. Textum, quem dedit v. cl., diligentissime examinavimus, notas, quas adjecit, omnes fere in comm. nn. recepimus. Palmam tulisse Cortium, vel, Cortio nostrum Sallustium civicam debere, nemo est, qui neget. Id solum monent vv. dd., idem fere Cortio accidisse in textu Sallustiano restituendo, quod Grutero, qui in ejiciendo atque contrahendo nunquam sibi satis temperavit. De q. r. in comm. nn. s. l. agemus. Cortiana quoque editio in dies majore pretio venit. Cf. ad. a. 1825.

93) M.DCC.XLII. Tom. I. P. I. Praecedunt Dedicatio, Praefatio ad lectorem, Index codicum manuscriptorum (vid. supra). Pag. 1 — 489. Bellum Catilinarium, p. 490 — 494. Jo. Rivii corollarium de Sallustio quaedam dissimulante in Catilinae historia. Tom. I. P. II. Pag. 1 — 400. Bellum Jugurthinum. Tom. II. Praecedunt Dedicationes et Praefationes H. Glareani, J. Rivii, A. Schotti, Raphel., Aldi, P. Manutii, Plantini, M. A. Mureti, Carrionis, Coleri, aliorumque vo. dd.; vita Sallustii per P. Crinitum, per G. J. Vossium, J. Clericum exarata; Testimonia veterum et recentiorum. Pag. 1 — 152. Fragmenta Historiarum, p. 153 — 205. Orationes de republica ordinanda, p. 206 — 220. Declamationes, p. 221 — 408. reliqua, quae ind. tit., p. 408 — 523. Ausonii Popmae libri de usu antiquae locutionis,

codicum edidit G. C. Harles, Norimbergae, Felsecker. MDCCLXXVIII. 8. 94).

19. *C. Crispi Sallustii* opera novissime recognita varietate lectionum notulisque selectis aucta studiis societatis Bipontinae. Biponti ex typogr. Ducali. MDCCLXXIX. 8. 95).

20. *Cajus Crispus Sallustius.* Accedunt Recensio novissimae versionis Hispanicae Examen variarum lectionum Interpretatio locorum Index Latinitatis. Berolini ex officina atque impensis Jo. Frid. Ungeri. MDCCXC. 8. 96).

21. Erklärende Anmerkungen zu Sallust's Catilina. Herausgegeben von M. Johann Christ. Wilh. Dahl, Privatleh-

---

Accedit Index I. rerum memorabilium, II. grammaticus et criticus. — Quamquam duodecim libros manu scriptos contulit, tamen Havercampius a lectione Grutero-Wassiana numquam discedit. Ipsae lectiones variae, in libris illis XII. atque editionibus nonnullis veteribus auctori obviae, diligenter adscriptae sunt, medio quidem loco inter textum et notas Variorum, quibus proprias non addidit Havercampius. Tamen textus, ut utamur verbis Frotscheri, velut cymba in oceano, ita in notis natat; oneratque potius lectorem, quam adjuvat. Nos quidem lectionum varietatem accurate notavimus.

94) G. C. Harles — MDCCLXXVIII, De codicibus manuscriptis, Tegernseensi et Erlangensi, quibus usus est Harlesius, vide supra. Pauca excerpsimus.

95) Biponti — MDCCLXXIX. Curavit hanc editionem Jo. Val. Embser, invita quidem Minerva; quae enim praemittitur notitia litteraria manca est, textus mutilus, index nullius fere pretii. Editio secunda, quae anno MDCCLXXX. cura G. Chr. Crollii prodiit, pluris habetur. Lectionum varietatem accurate notavimus.

96) Berolini — MDCCXC. Praecedunt editoris Epistola dedicatoria et Praefatio. Sequuntur a p. 3 — 56 Conjuratio Catilinaria; p. 59 — 170. Bellum Jugurthinum; p. 173 — 189 Recensio Versionis Hispanicae novissimae; p. 193 — 232 Examen variarum lectionum; p. 235 — 272 Interpretatio locorum, sententiarum et elegantiarum; p. 275 — 508. Index latinitatis Sal-

rer auf der Universität zu Rostock. Braunschweig in der Schulbuchhandlung. 1800. 8. 97.

1801. *C. C. Sallustii* Catilinaria et Jugurthina bella. Editio stereotypa. Parisiis, ex officina stereotypa P. Didot natu majoris, et F. Didot. Anno IX. (1801). 12. 98).

1812. *C. Crispi Sallustii* opera exceptis fragmentis omnia edidit et prooemio quadripartito, argumentisque capi-

---

lustii cum glossario. — Splendidam hanc editionem publici juris fecit Guilielmus Abraham Teller. Textus fere Cortianus est. Recensetur Versio Hispanica: Cayo Salustio Crispo en Español cet. cet. En Madrid por Joachin Ibarra Impressor de Camara del Rei Nuestro Señor MDCCLXXII. Eandem versionem provocasse in auctore edendorum Sallustii operum consilium, ipse fatetur init. praef., scr. „Repetenti mihi nuper per otium Sallustii utrumque opus integrum nobis relictum, idque comparanti cum novissima Versione hispanica, natum est ejus edendi consilium." His respondent, quae legimus p. 173. „Operae pretium me facturum esse arbitror, auspicando meas in Sallustium curas, cum uberiore descriptione Versionis hispanicae, cujus usum mihi perbenigne concessit Illustrissimus comes de Herzberg. Nam uti ea, vel in ipsa Hispania, non in manus privatorum hominum pervenit et tamen in sequentibus saepius ad eam recurrendum erit: ita ipsa per se omnium aliarum, quae unquam scriptoribus antiquis contigerunt, longe excellit, tum ornatum atque splendorem externum, tum universum apparatum, tum maxime auctoritatem fidemque; tanquam opus Celsissimi Principis Gabriel de Borbon, Infantis Hispaniae." Examen instituitur lectionum, quae editori maximi momenti esse videntur. Eas omnes notavimus. Ex interpretatione locorum, sententiarum et elegantiarum pauca excerpsimus. Index est omni laude dignus. Elegantiae editoris defuit cura typographi. Nos quidem exemplari usi sumus charta meliore impresso, neque tamen reliquis correctiore.

97) Erklärende Anmerkungen — 1800. Liber bonae notae, quem ad verbum, neque frustra, contulimus.

98) F. Didot. Nitidae hujus editionis auctor maximam partem

tum praemissis, eam, quae in scholis legi solet, partem notis illustravit M. Henr. Kunhardt, Gymn. Lub. Prof. Pars prior continens bellum Catilinarium. Lipsiae impensis Joa. Ambr. Barthii. CIↃIↃCCCXIII. (P. II. cont. bell. Jug. anno eod. ibid.) 8. 99).

7. *C. Sallustius Crispus*, oder historisch-kritische Untersuchung der Nachrichten von seinem Leben, der Urtheile über seine Schriften, und der Erklärung derselben. Nebst einem Beitrag zur Kritik des Cicero und Seneca. Herausgegeben von M. Otto Moriz Müller. Züllichau und Leipzig, in der Darnmann'schen Buchhandlung. 1817. 8. 100).

1. *C. Crispi Sallustii* Catilina et Jugurtha. Recognovit, et illustravit adnotationibus O. M. Müller, Ph. D. AA.

Cortium sequutus est. Paucissima, quae insunt propria, excerpsimus.

9) Lipsiae — Barthii. Prodierat a. 1799. liber: C. Crispi Sallustii bellum Catilinarium, ad exemplar S. V. Telleri edidit, notisque, maximam partem suis, illustravit Henr. Kunhardt. Lubecae ap. Bohn.; seq. a. 1809 et 1810.: C. Sallustii Crispi opera, exceptis fragmentis, omnia. Edidit cet. cet. 2. Tom. Lubecae ap. Niemann. Praefatus est auctor Id. Decembr. MDCCCVIII. Nunc quidem idem liber, mutato solum, ut videtur, a. 1812. folio, cui praefixus est titulus, Lipsiae apud J. A. Barth. Textus est Cortianus. Notae, haud maximam partem editoris, tironum usui adcommodatae. Praemissum prooemium quadripartitum agit 1) de consilio editoris, 2) de vita et scriptis Nostri, 3) de latinitate ejusdem, 4) de editionibus et versionibus. Seqq. nonnulla veterum judicia de Sallustio. Scatet liber, cui nullus index subjunctus est, mendis typographicis.

10) M. Otto Moriz Müller — 1817. Quod consilium sequutus sit v. d. Müllerus in edendo hoc opusculo, supra docuimus sub nota 3), q. cf. Contulimus vero librum, non mediocri industria conscriptum, ad interpretandos singulos quosdam locos, praes. cap. 101. bell. Jugurth.

LL. M. et Paed. Züll. Inspector. Lipsiae et Züllichaviae in libraria Darnmanniana. MDCCCXXI. 8. 101).

—— *C. Sallustii Crispi opera.* Ad optimorum librorum fidem accurate edita. Editio stereotypa. Lipsiae ex officina Car. Tauchnitii. (1821?) 102).

1822. C. Crispus Sallustius ad Codd. Parisin. recensitus cum varietate lectionum et novis commentariis, item Jul. Exsuperantius e cod. nondum explorato emendatus, curante J. L. Burnouf. Parisiis colligebat Nicol. Elig. Lemaire. MDCCCXXII. 8. 103).

1823. *C. Crispi Sallustii* quae exstant. Recognovit, varias lectiones, e codicibus Basileensibus, Bernensibus, Turicensibus, Parisinis, Erlangensi, Tegernseensi ceterisque, quos Wassius, Havercampius, Cortius aliique Editores contulerunt, collectas, commentarios, atque indi-

---

101) O. M. Müller — 1821. Bonae notae liber. Textus fere Cortianus est, notae, quae suppositae sunt, breves maximam partem, index nominum propriorum, quem editor subjunxit, commodus. Ipse Müllerus, commemoratis editorum celeberrimorum operibus, addit Praef. p. IX. „Quibus praesidiis ita sum usus, ut, quae probaveram, aut meis aut ipsorum verbis inde singulis locis quam brevissime adscriberem, et nomina non, nisi ubi cum dubitatione aliqua dissentirem (quod rarissime factum est,), appellarem. Est autem, quod certissime sperem, ea, quae non aliunde petita, sed mea sunt, quorum non pauca invenies, hujus scriptoris interpretationem haud parum adjutura esse.“

102) Car. Tauchnitii. Lipsiensem hanc editionem stereotypam, quam vv. dd. anno 1821. adscribunt, accurate contulimus cum ed. stereot. Paris a. 1801. Quae propria invenimus, in comm. nn. recepimus.

103) J. L. Burnouf — Lemaire. De codicibus, quos contulit editor, vide supra. Notarum magnam partem, lectiones varias omnes in comm. nn. recepimus. Constat, esse hanc editionem Biblioth. class. Lat. sive Collect. auct. cll. Lat. cum notis et indicibus Tom. XX.

ces locupletissimos adjecit Franciscus Dorotheus Gerlach, Philos. Dr., Literarum Latinarum Professor. Vol. I. Basileae in libraria Schweighauseriana, typis et sumtibus Augusti Wielandi, typograph. Acad. MDCCCXXIII. (Vol. II. P. I. 1828. P. II. 1831. eod. t. ibid.) 4. 104).

25. *Caji Crispi Sallustii* quae exstant item epistolae de republica ordinanda. Declamatio in Ciceronem et Pseudo-

---

4) C. Crispi Salustii — Gerlach. — MDCCCXXIII. In Volumine primo praecedit Praefatio I — XXVII., sc. quaedam de consilio editionis, de codicibus priorum editorum, deque paucis illis libris manu scriptis, quibus editor ipse tum temporis uti potuerat — (vide supra) —. Sequuntur a pag. 3 — 76. Catilina, a pag. 79 — 210. Jugurtha, utrique subscriptis variis lectionibus; a pag. 213 — 260 Fragmenta; a pag. 263 — 279 duae Epistolae de republica ordinanda; a pag. 280 — 292 Declamationes Sallustii et Ciceronis. Accedit a pag. 293 — 301 Varietas editionis Cortianae. In fine Addenda et Corrigenda. — In Voluminis secundi Parte I. praecedit Praefatio III. IV. de consilio operis. Sequuntur a pag. 1 — 59. Dissertatio de Codicibus Italicis — (vide supra) —, cui adspersa sunt nonnulla cum de Codicibus nonnullis Germanicis — (vide supra) —, tum de quadripartita philologorum provincia, sc. critica, grammatica, historica, rhetorica. Sequuntur, novis paginarum numeris positis, a pag. 1 — 25. Dissertatio de Vita Sallustii — (vide supra) —; pag. 25 — 32. Epistola Gerhardi de hortis Sallustianis cum additamentis quibusdam Gerlachii; pag. 35 — 198. — (ita in editione Gerlachiana ex oscitantia operarum, qui, post pag. 152. scribentes 193. pro 153., hunc errorem reliquam libri partem occupare sinebant!) — Commentarii in Catilinam; pag. 199 - 210. Dissertatio de fide atque auctoritate Sallustii in conjuratione Catilinae enarranda, atque de forma hujus libri, nec non de oratione Sallustiana —(vide infra) —; pag. 213 — 336. Commentarii in Jugurtham; pag. 337 — 346 Dissertatio de ratione Sallustiana in scribenda historia belli Jugurthini — (vide infra) —. Accedunt Corrigenda. — In voluminis II. Parte II. praecedit Epistola dedicatoria ad Arn. Ludov. Heerenium. Sequuntur a pag. 3 — 150. Commentarii in Fragmenta Historiarum; pag. 151 — 156. ordinis rerumque disponenda-

Ciceronis in Sallustium. Jul. Exsuperantius de bellis civilibus ac Porcius Latro in Catilinam. Ex recensione et cum integris adnotationibus Theophili Cortii et variis lectionibus librorum recens collatorum accurate edidit vitam Sallustii et notitiam litterariam praemisit diversitatem lect. Haverc. in fragm. etiam Gerlach. suosque commentarios atque indices adjecit Carolus Henricus Frotscher cet. cet. Accedit Constantius Felicius Durantinus de conjuratione Catilinae itemque Veterum historum ratio, quam Sallustium in V. libris Historiarum secutum esse verisimile est; pag. 157. — 189. Index Fragmentorum; pag. 190 — 306. Index latinitatis; pag. 307. — 332. Dissertatio de proprietate sermonis Sallustiani — (vide infra) —; pag. 333 — 394. Varietas lectionis e Codicibus Parisinis, Einsiedelensi, Sangallensibus, aliisque — (vide supra) —, de Fragmentis Vaticanis aliisque; pag. 395 — 399. J. Exsuperantii opusc. de bellis civilibus. Accedunt emendenda. — — Alii alia de hoc opere fecere judicia. Sunt, qui editionem Gerlachianam laudibus suis ad sidera usque tollant, neque desunt, qui vel totum librum, vel singulas ejus partes nullius fere habeant. Ita nuperrime scripsit — (Misenae, pridie Cal. Jan. A. CIↃIↃCCCXXXIV.) — v. d. Kreyssigius: „Nam quum abhinc sexennio et quod excurrit — — — — — — praeter Romanam horum fragmentorum editionem a Maio eodem fere tempore adornatam et a me postea repetitam, ultimum Gerlachianae Sallustii editionis volumen quam maxime desiderabam. Quod quum biennio post prodiisset, ejusque mihi acerrime exspectanti tandem copia esset facta, Gerlachium non solum in his Sallustianarum historiarum reliquiis, jam antea ab editore Lunaeburgensi vitiorum turpissimorum squalore contaminatis, sive emendandis, sive explicandis negligentissime versatum, sed etiam commentatione nostra atque editione Romana nostris adnotationibus locupletata ineptissime abusum esse intellexi. Ne igitur eorum, quae Gerlachius per imprudentiam peccavit, reus agerer et lectoribus utroque opusculo meo carentibus delirasse viderer, mihi temperare non potui, quominus omni illa errorum Gerlachianorum vanitate convincenda famae consulerem, simulque, ut laborem taedii plenissimum quodammodo saltem levarem, indignatiuncu-

ricorum fragmenta plenius et emendatius edita. Volumen I. Lipsiae 1825. Sumptibus Kuehnianae librariae 105). 8.

— *Caji Sallustii Crispi* de conjuratione Catilinae liber.

---

lam subinde commotam jocose magis quam acerbe in Gerlachium effunderem. Quae quidem Gerlachii perversitas cet. cet. cet." Ita v. d. Kreyssigius in commentatione cet. cet. a. 1835. Praef. p. VI. Cf. ad ann. 1835. Nos quidem egregiae Gerlachii editioni praeter incommodam rerum distributionem atque impiam typographorum correctorumque negligentiam nihil fere vitio vertimus, quamquam non est, quod negemus, nos alia, tamquam supervacanea, omisisse, alia emendasse, alia denique correxisse. Verum quae debeamus viri doctissimi operibus, opusculum nostrum ipsum docebit.

5) C. H. Frotscher — librariae. Ipse Frotscherus, v. cl., de consilio libri hujus edendi exhibet Praef. p. v.: „Quae ante hos centum annos a Theophilo Cortio emissa est editio Sallustii, quum a multis desiderata majore in dies pretio veniret, ejus repetendae curam imponi mihi ab honestissimo librario facile passus sum, quod etiam nunc multis de caussis dignissimum esse eum librum judicarem, quem docti homines pariter ac tirones studiose diligenterque tractarent." Sed abhinc decennio primum solummodo editionis hujus volumen prodiit, alterum et tertium, quae promissa erant, huc usque desiderabantur. Praecedunt in hac parte, quam accurate examinavimus, pag. I—X. Praefatio, XI—XXIX. Vita Sallustii a Clerico scripta cum notulis editoris, XXX—LXXXII. Index editionum et versionum. Sequuntur pag. 3—53. Catilina, 57—158. Jugurtha, utriusque textui subscripta varietate lectionis Havercampianae, 161—214. Fragmenta, 217—234. Epistolae de republica ordinanda, 237—250. Declamationes Sallustii et Ciceronis 253—259. Exsuperantii opusculum, 260—287. Portii Latronis Declam. c. Cat., 291—356. Const. Fel. Durantini hist. conj. Catil., 359—508. Fragmenta vett. Historiarum, 511—532. Appendix —(Varietas lectionis Havercampianae in Fragmentis, Tabula repraesentans ordinem Fragmentorum in editione Gerlachiana et vulgg. edd.)—, Index Scrr., Corrigenda et Addenda.

Erklärt und übersetzt von M. Christian Gottlob Herzog cet. Leipzig bei Karl Franz Köhler. 1828. 8. 106).

1828. *C. Sallusti Crispi* Opera quae supersunt. Ad fidem codicum manu scriptorum recensuit, cum selectis Cortii notis suisque commentariis edidit et indicem accuratum adjecit Fridericus Kritzius, cet. cet. Vol. I. Catilinam continens. Lipsiae, sumptibus C. H. F. Hartmanni. MDCCCXXVIII. 8. 107). (Vol. II. Jugurtham continens. Lipsiae. Sumptibus Aug. Lehnholdi. MDCCCXXXIV.)

---

106) Herzog — Köhler. Egregiam hanc Herzogii editionem quam lubentissime summaque cum utilitate et commodo perlustravimus. In textu recognoscendo Cortianam Gerlachianamque editionem prae oculis habuisse, proprias conjecturas perraro auctorem doctissimum sequutum esse, comperimus. Notarum magnam partem in comm. nn. recepimus.

107) Kritzius — MDCCCXXVIII. Ipse Kritzius, v. cl., quem, ut Kreyssigii verbis utamur, Sallustii sospitatorem recte dixeris, de consilio, quod sequutus sit in curanda operum Sallustianorum editione, agens, Praef. p. XVI., — — — nostram, inquit, editionem mediam quasi viam inter Gerlachianam et Herzogianam tenere arbitramur. Ea via quam tuto processerit vir de Nostro meritissimus, quamque recte atque docte usus sit magna praesidiorum copia, non est, quod post tot virorum eruditorum testimonia iterum iterumque doceamus. In textu quidem conjurationis Catilinariae recognoscendo se Gerlachianam editionem maxime prae oculis habuisse, ipse auctor fatetur, nam Praef. I. XXIII. Atque, inquit, in Catilinae verbis recensendis non aliis subsidiis usi sumus, nisi quorum copiam Gerlachii industria fecisset. Priore editionis volumine paene toto typis impresso, duo demum Editori adlati sunt libri manu scripti, unus Dresdensis, Catilinam, alter Misnensis, Catilinam et Jugurtham continens. Itaque addit vir clariss. Praef. p. XXIV. — — iis, qui varias lectiones diligenter examinare solent, haud ingratum fore arbitror, si accuratissima cod. Dresd. et Misn. collatio ad communem usum evulgetur, id autem fiet, quum absoluto al-

51. *C. Sallusti Crispi* de conjuratione Catilinae liber. Mit Anmerkungen von Dr. Ernst Wilhelm Fabri cet. Nürnberg bei J. A. Stein. 1831. 8. 108).

52. *C. Sallusti Crispi* de bello Jugurthino liber. Mit Anmerkungen von Dr. Ernst Wilhelm Fabri cet. Nürnberg bei I. A. Stein. 1832. 8. 109).

53. *C. Sallustii Crispi* Opera quae exstant praeter fragmenta Omnia. Textum recognovit et illustravit, Indi-

---

tero volumine, quod Jugurtham et fragmenta cum indicibus continebit, ad tertium conficiendum non defuerit otium. Eo enim, quod quasi pro appendice vel nostrae vel cujuslibet editionis haberi velim, consilium est omnes, quotquot variis editionibus libellisve notuerunt, varias scripturas collectas commodoque ordine dispositas exhibere, cet. cet. cet. Prodiit alterum editionis egregiae volumen a. 1834, verum neque Fragmentis, quae promissa erant, neque Indicibus necessariis operi additis. De codicibus, quos v. cl. ad recensendum belli Jugurthini textum contulit, vide supra. Nos quidem textum utriusque voluminis diligentissime examinavimus notatumque maximam partem in comm. nn. recepimus.

108) et 109) Ernst Wilhelm Fabri — 1831. — J. A. Stein 1832. Libro hoc optimae notae iterum iterumque perlecto ad consensum cum Kritzio ducti sumus, qui in Praef. Vol. II. p. X. et XI. de Editoris opera hoc fecit judicium. „Eximenda tamen huic levi (sc. editionum recentiorum) generi et summa laude commemoranda est editio, quam Faber — (corrige hic et al. in ed. Kritz. Fabri) —, professor Norimbergensis, abhinc duobus annis curavit. Qui vir quum accurata linguae Latinae scientia, ingenii acumine et incorrupto veri sensu proximos Sallustii editores longe superet, atque a coeca superstitione cogitandique ignavia, quae vero inveniendo plurimum officit, quam longissime absit, factum est, ut huic uni plus deberem, quam ceteris omnibus; neque aegre tuli multis locis, quarum veram explicationem me sperabam primum propositurum esse, eandem ab illo interpretandi viam prius initam esse.“

cem verborum adjecit Guilielmus Lange. Editio tertia. Halis Saxonum ex libraria C. A. Schwetschkii et filii. 1833 8. 110).

1835. *Caj. Crisp. Sallustii* bellum Catilinarium atque Jugurthinum usibus juv. adcomm. Aug. Pappaur. Vol. I. (bell. Cat.) Viennae. Apud Frid. Beck. MDCCCXXXV. Vol. II. (bell. Jug.) a. e. ibid. 8. 111).

—— Commentatio de C. Sallustii Crispi Historiarum lib. III. fragmentis, ex bibliotheca Christinae, Suecorum reginae, in Vaticanam translatis, atque Carminis Latini de bello Actiaco sive Alexandrino fragmenta, ex volumine Herculanensi evulgata. Iterum edidit Joannes Theophilus Kreyssig. Misenae, sumptibus et typis C. E. Klinkichtii et Fil. CIƆIƆCCCXXXV. 8. 112).

---

cet. cet. Cet. exh. v. d. in Vol. I. p. V — XIV. Vorrede, XV — XX. Einleitung — (sc. Vita cet.) —. P. 1 — 162. Catilina, 163 — 179. Register. Accedunt Zusätze und Berichtigungen. Vol. II. p. V. — VIII. Vorwort. p. 1 — 271. Jugurtha, p. 272 — 326. Orationes Lepidi, Philippi, (Epistola Pompeji,) M. Licini, (Epistola Mithridatis,) C. Cottae ex libris historiarum, p. 328 — 350. Register, 351 — 354. Nachweisungen über erwähnte Erklärer. Accedunt Zusätze und Berichtigungen.

110) Halis — 1833. Tertiam hanc C. Langii editionem ad verbum, Catilinam quidem majore cum utilitate quam Jugurtham, contulimus.

111) Pappaur — 1835. Recentissima haec operum Sallustianorum editio nobis ad manus quidem est, sed nondum ita examinata, ut certum arbitrium statuere possimus. Id solum novimus, sequutum esse Pappaur, v. d., textum Burnoufianum, quem inter Cortianum et Havercampianum — (i. e. Grutero — Wassianum) — medium tenere locum, ipse dicit. Quae frugi obviam data fuerint, suo loco notabimus.

112) Kreyssig — CIƆIƆCCCXXXV. Doctum viri de Nostro meritissimo opus adportari nobis jussimus, qui, quaecunque in Praefatione, Notis et Indicibus occurrant nostro consilio ac-

commodata, in com. nn. recipiamus. Ea omnia, quam maxime fieri poterit, suo loco notabimus.

Praeter has editiones examinavimus ex versionibus: Gallicas „Salluste ou Histoires de la Conjuration de Catilina contre la republique Romaine, et de la guerre des Romains contre Jugurtha; traduits en François cet. cet. cet. par M. L'Abbé Thyvon. Tom. I. et II. Paris M.D.CC.XXX." et „Oeuvres de Salluste. Traduction nouvelle cet. cet. cet. par Charles de Razoir. Tom. I. Paris 1829.": Anglicam „The works of Sallust, to which are prefixed two essays on the life, literary character and writings of the historian. cet. cet. cet. by Henr. Steuart. London 1806.": Germanicas „Katilina und Jugurtha. Uebersetzt von Joh. Karl Köck. 3. Ausg. Frf. a. M. 1818." et „— — — Werke, — v. J. H. M. Ernesti. München 1831." Examinantibus singulos locos nobis conferre licuit Programmata et Dissertationes, quas edd. vv. dd. Eichhoff (1825), Fabri (1828), Frotscher (1820), Herzog (1828. 1829. 1830.), Lechner (1828), Nagel (Act. Lit. Rhen. Traj. IV., p. 279.), Selling (1831), et q. s. a. pl.

DE

FIDE ATQUE AUCTORITATE SALUSTII IN CONJURATIONE CATILINAE ENARRANDA,

NEC NON

PAUCA DE FORMA HUJUS LIBRI ET DE ORATIONE, QUA USUS EST SALUSTIUS.

(Auct. Fr. Doroth. Gerlach.)

Recte Cic. (de Orat. 2. 15.) de historiae fundamentis ita praecipit: „Quis nescit, primam esse historiae legem, ne quid falsi dicere audeat? deinde ne quid veri non audeat? ne qua suspicio gratiae sit in scribendo? ne qua simultatis? Haec scilicet fundamenta nota sunt omnibus.“ Antequam igitur excutiamus, quid Salustius in hoc libro secutus esse videatur, hoc explorandum est, num ad veritatis leges orationem auctor conformaverit. Quod quidem multi fuerunt, qui negarent, quod Ciceronis laudibus illum obtrectasse statuerunt. Cujus quidem rei indignatione impulsus, Constantius Felicius Durantinus, saeculi XVI. initio, conjurationis Catilinariae historiam iterum, i. e. Iliadem post Homerum, scripsit. (Conferatur praefatio 113) ejus historiae ad Leonem X. Pontif. Max. scripta.). Sed aliis alia omissa vel non satis laudibus celebrata esse vi-

113) Conferatur praefatio — scripta. „Ajunt, me temere et arroganter fecisse, quod de iis rebus scribere ausus sim, de quibus tam diligenter Sallustius historiam scripserit. De

ıtur. Quare non magis de Ciceronis, quam de ceterorum
ıus disputandum et in totam rem inquirendum est. Primum
nium hoc satis constat, copiam veritatis cognoscendae Sa-
tio fuisse. Cum enim eo tempore, quo Catilina in rempu-
cam conjurationem fecit, Salustius amplius XXIV. annos
us esset, ipse plurima vidit. Quae autem eum latuerunt,
gravissimis testibus ei cognoscere licuit, qui illorum tem-
rum aequales fuerunt. Multa etiam in actis publicis literis
signata et tot senatus decretis magistratuumque edictis ma-
esta fuerunt. Accesserunt plurimae Ciceronis orationes,
ppe qui post consulatum vix unquam in senatu vel coram
ulo verba fecit, quin de conjuratione Catilinaria dixerit.
id, quod idem de consulatus sui historia commentarios Graece
Latine scripsit, ipsumque Luccejum pepulit, ut laudum sua-
a praeconium memoriae proderet? cfr. Epp. ad Att. 1. 18.
ommentarium consulatus mei Graece compositum misi ad
.... Latinum si perfecero, ad te mittam. Tertium poëma
pectato, ne quod genus a me ipso laudis meae praetermit-
ır." Vide Epp. Fam. 5. 12. ad Att. 1. 20.; 2. 1. Quare,

---

quo, inquam, tete, o Cicero, obtestor, me, qui viderem, res tuas gestas partim obscuras et varias et multis locis sparsas, partim minus quam oportuit celebratas, idcirco rerum tuarum commentarios confecisse. Audieram ego, Sallustium tuum fuisse inimicum: legeram illius in te inimicissimam orationem: videram illum in Catilinario multa de te silentio transiisse. Quid enim gloriosius M. T. Ciceroni contingere potuit, quam ut pater patriae nominaretur? Nullum de hoc fit a Sallustio verbum. Siletur de supplicatione, qui honos tunc maximus putabatur. Muta est illa S. P. Q. R. praeclara et vera laudatio. Reticetur de illa inaurata statua, qua Cicero a Capuae decurionibus donatus fuit. Atque ut ego quod sentio jam apertius dicam: Quoties ego Sallustium lego, toties rempublicam casu magis et felicitate quam virtute conservatam judico. Cum vero Ciceronem aliosque revolvo, tum existimo, quod bellum nullum magis magisque periculosum commemorari possit, neque majore consilio et virtute restinctum." Cet. cet. cet.

si a paucis discesseris, vix ullius rei luculentiora exstiterunt testimonia, quam conjurationis Catilinariae. Quae igitur Salustio adjumento fuerunt, ut accuratius his de rebus scriberet, eadem, si aetatem tulissent, ad judicium de auctoris fide faciendum maxime idonea essent. Sed perierunt illa literarum monumenta, quae Cicero ipse non ἐγκωμιαστικὰ sed ἱστορικὰ fuisse judicat (Epp. ad Att. 1. 19. fin.); nam ex iis cognosci, quae gesserit et quae dixerit (l. l. 2, 1.). A serioribus igitur scriptoribus sunt petenda testimonia; quae si minus gravia sunt, tamen et ipsa multum auctoritatis habent. Plurimum Dioni Cassio tribuunt, quippe qui haud temere, quae priores scriptores memoriae tradiderint, secutus sit, sed nonnisi diligenter examinata atque excussa incorrupta fide tradiderit. cfr. Lib. 37. 10. et 25. — 39. Proximus locus est Plutarcho, qui in Vitis Caesaris c. 7. 8. Crassi 13. Catonis 22. 23. Ciceronis 10. — 22. multa habet, quae a Salustio omissa sunt. Cujus quidem auctoritas, quamvis non ita magna est, tamen multa ex Ciceronis commentariis hausisse videtur, quae a ceteris, quibus Ciceronis vitam scribere non consilium fuit, silentio praetermissa sunt. Ipsius Ciceronis, praeter quatuor orationes in Catilinam habitas, multa alia sunt indicia, maxime in orationibus pro Muraena et Coelio habitis. cfr. Or. pro Mur. 24. 25. p. Coel. 5. 6. Ne Suetonii quidem contemnendum testimonium, quamvis etiamnum non pauci inveniuntur, qui ejus dictis fidem derogant. Sed quae de Caesaris moribus enarrat, eo minus suspecta esse videntur, quo accuratius scripta sunt. cfr. Vit. Julii cap. 9. et 14. ubi plures testes locupletissimi laudantur. Appiano de bell. Civ. 2. 2. — 7. in iis fides habenda est, ubi aliorum scriptorum accedit auctoritas. Nam cum de bellis externis, tum de discordiis domesticis parum eum accurate scripsisse, et alii et nos supra docuimus. Asconius Pedianus contra magna cum diligentia de rebus eo tempore gestis disseruit, ita ut ex ejus Commentariis in Ciceronis Oratt. scriptis multa cognoscantur, quorum vix ullum vestigium apud ceteros scriptores invenias. Sed de conjuratione Catilinaria brevius exposuit. cfr.

ıs Comment. in Or. pro Cornelio et in Orat. Cic. in Toga
ındida. Horum auctorum scripta si cum Salustii libro contu-
:is, plura fortasse parum probabilia, alia falsa, alia negli-
ntius scripta tibi esse videbuntur. Quae quidem res ne ob-
ırior sit, utque de Salustii ingenio rectius statuere liceat,
ae ei vitio verti posse videantur, omnia enumeranda sunt.
imum fuit, quem mirum haberet, quod de juvene Catilina
:tor non accuratius exponeret. Scilicet Plutarchus auctor est
t. Sullae 32.), Catilinam, cum fratrem trucidasset, eundem
st mortem in proscriptorum numero reponendum curasse.
dem loco Marium Gratidianum sua manu occidisse ejusque
ɔut abscissum ad Sullam, in foro sella curuli sedentem de-
isse narratur. Ejusdem rei testis est Quintus Cicero de Pe-
.Cons. cap. 2. 3. Is quidem Catilinam dicit educatum in soro-
stupris ejusque primum ad rem publicam aditum in equitibus
manis occidendis fuisse. „Nam illis, quos meminimus, Gal-
, qui cum Tetiniorum ac Nanniorum, ac Tanusiorum capita
mebant, Sulla unum Catilinam praefecerat, in quibus ille
minem optimum Q. Caecilium, sororis suae virum, equitem
ımanum, nullarum partium, cum semper natura, tum etiam
ate jam quietum, suis manibus occidit. Quid ego nunc di-
n, petere eum consulatum, qui hominem carissimum populo
mano vitibus per totam urbem ceciderit? ad bustum egerit?
omni cruciatu virum lacerarit? stanti collum gladio sua dex-
a secuerit, cum sinistra capillum ejus a vertice teneret?
ɔut sua manu tulerit, cum inter digitos ejus rivi sanguinis
erent?" — cfr. cetera. De Caecilio consentit Plutarchus
. Cic. 10. De caede Marii Senec. de Ira 3. 18. Flor. 3. 21.
inprimis Jul. Firm. Astronom. Quare haec quidem res,
rimis testimoniis confirmata, dubitari nequit. Praeterea hoc
ntio praetermisit Salustius, Catilinam, post praeturam male
ninistratam repetundarum a Clodio reum esse factum et sola
ıevaricatione accusatoris poena exilii liberatum fuisse. cfr.
Cic. de Petit. Cons. 3. et Cic. de Harusp. Respons. 20.
r Sulla 29. quo in judicio consul Torquatus reo advocatus

fuit. Immo Coss. L. Julio Caesare, C. Martio Figulo iterum, inter sicarios accusatus esse dicitur. cfr. Ferratius Epp. p. 306. sqq., Corradi Quaestura p. 129. Quare Cic. ipse Epp. ad Att. 1. 16. bis accusatum et absolutum Catilinam fuisse dicit, et ad id judicium pertinere videtur, quod Torquatum alio in judicio Catilinae adfuisse negat. cfr. Or. pro Sulla cap. 29. De his omnibus Salustius paucissimis absolvit cap. 5. „Huic ab adolescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere: ibique juventutem suam exercuit.“ nisi quod cap. 15 de Catilinae stupris et de necato filio pauca adjecit. At dixerit aliquis, nihil fuisse, cur illa omitterentur, cum haec scelera enarraverit. Attamen diversa harum rerum est ratio. Quae enim bellis civilibus facta sunt, etiamsi crudelissima fuerunt, tamen quodam partium studio defendi posse videbantur, neque hac in re potissimum Catilinae morum perspecta est atrocitas. Praeterea alius scriptor de eadem re aliter judicat. Quod alii explanatius atque uberius, alii pressius atque adstrictius dicendum esse putant. Alii nihil omittunt, quod ad rem aliquam illustrandam pertinere videtur, et in singulis rebus enarrandis diligentissime versantur; alii pauca eaque insignia atque maxime memorabilia illustrasse satis habent. Quae enim in hominibus singularia sunt, ut in alios convenire non possint, ex iis luculentissime naturam et rationem ingenii humani perspici statuunt. Quare in his enarrandis multi sunt, et ad haec potissimum legentes intendere animos jubent. Ex horum scriptorum numero Salustius est, qui orationem hac re maxime variare et ornare studet, quod alia paucissimis absolvit, alia eloquentiae atque sententiarum luminibus exornat. Quae in vulgus nota aut ita vulgaria fuerunt, ut etiam alio tempore fieri posse viderentur, ea fere omittit; sed quae alicujus propria bona aut vitia esse videntur, his in rebus explicandis laborem et studium consumit. Hoc si reputaveris, facile intelliges, cur multarum rerum nulla mentio a Salustio facta sit. Neque hoc te mirum habebit, quod memoriam rerum temporibus non accuratius definierit. Fuerunt enim, qui quod in

Ciceronis orationibus accuratissime est scriptum, quo tempore omnia gesta fuerint, eadem cum diligentia Salustium omnia scribere debuisse putarent. Sed in universum satis accurate disseruit, quo tempore conjuratio facta fuerit, sed singulos dies notare, in qua obscura diligentia multi laudem quaerunt, Salustio supervacaneum visum esse credo. Qui enim in rebus scribendis id potissimum agunt, ut interiorem et reconditam hominum indolem aperiant, externa ista fere negligunt, quae ab aliis plurimum ad hominum mores fingendos conferre putantur. Alia, credo, quae a ceteris scriptoribus enarrantur, Salustio leviora videbantur, quam ut ea attingeret. Ita Cicero auctor est, Or. Cat. 1. 3., Catilinam Kal. Novembris Praeneste impetu nocturno occupare voluisse; sed cum Salustius cap. 27. in universum Catilinae consilia explicuisset, singula ejus facta enarrare non opus fuit. Ejusdem est generis, quod Catilina se ipse in custodiam dedisse et vitandae suspicionis causa cum apud M. Lepidum, tum apud Ciceronem et Metellum habitare voluisse, et ab illis repudiatus apud M. Marcellum demigrasse narratur. cfr. Cic. Cat. 1. 8. Dio Cass. 37. 32. Qua in re Dionis error notandus, quippe qui Catilinam apud Metellum habitasse, eoque inscio conjuratos, qui in Leccae domum convenerant, adiisse narrat; nisi quis statuit, Catilinam, cum per aliquod tempus apud Metellum habitasset, ab eo repudiatum ad M. Marcellum demigrasse. Jam quod Salustius hoc commemorare omisit, caedem optimatium et urbis incendium in Saturnaliorum festum fuisse constitutum, vix ei vitio aliquis verterit, cum hujus consilii rationem satis accurate explicuerit (c. 43.). Neque hanc ob causam illum negligentiae accusaverim, quod de prodigiis nil memoravit, quae et deorum praesens auxilium, et prosperum rei eventum portendere videbantur. Salustium enim Thucydidis judicium his in rebus secutum esse, jam supra memoratum est. Ciceronem autem, cum pro Rostris orationem ad Quirites haberet, his in rebus illustrandis accuratum fuisse, non est quod miremur, cum deorum consilio haec gesta videri plurimum ejus interesset. cfr.

Or. in Cat. 3. 8. Dio Cass. 37. 34. Sed quae Plutarchus Vit. Cic. cap. 20. enarravit, fabulosa jure dixeris. Quare in laudibus ponendum, quod historiarum scriptor haec omisit atque neglexit. Alia etiam leviora. Via Aurelia enim Catilinam esse profectum, Cicero quidem auctor est, Or. Cat. 1. 9. trecentosque armatos eum esse secutos, Plutarchus testatur V. Cic. 18. Sed cum Salustius narraverit, eum in castra Manliana esse profectum, quid erat, quod etiam de via accuratius exponeret? At multo accuratius Cicero de variis conjuratorum generibus exposuit. Orat. Cat. 2. 8.—10. Sed conferas mihi, quae de eadem re Sall. cap. 14. et 16. enarravit; Ciceronemque verbosius quidem magisque oratorio, quod eum decebat, genere dicendi haec illustrasse dixeris, sed diligentius accuratiusque Salustium. Saga a Romanis sumta esse tumultumque esse decretum, quod Dio Cass. 37. 33. et 35. narravit, Salustius et ipse cap. 19. significat. Sed eodem loco falsus est Dio Cassius, qui Catilinam a Senatu in exilium ejectum esse dicit. Qua ex re colligitur, non ita magnam Dionis Cassii esse auctoritatem, quanta multis esse videtur. — Sed dicat fortasse aliquis, a Salustio omitti non debuisse, cujus rei Cicero auctor est (Orat. Cat. 33.), maximum sicarum et gladiorum numerum in Cethegi aedibus a C. Sulpicio praetore esse deprehensum. Cum autem tot et tam manifesta conjurationis indicia essent, parum retulit, unum alterumve adjicere, quod rem certissimam magis etiam firmaret. De indicio contra Crassum facto cum Salustius accuratissime scripserit, permirum hoc multis videatur, nullam plane literarum mentionem a Salustio esse factam, quae Plutarcho et Dione auctoribus (Vit. Cic. cap. 15. Dio. 37. 31.) ad Crassum aliosque primores datae, ut in magno, quod instaret, periculo sibi caverent celerique fuga salutem peterent, ab iisdem media nocte ad Ciceronem delatae sunt. Quod quidem si satis certum erat, hoc uno testimonio Crassus ab omni non modo probro, sed etiam suspicione defendi potuisse videtur. Sed speciosius, credo, quam verius Salustius hoc testimonium esse duxit. Cum enim non solum ad Crassum, sed

etiam ad alios nobiles a conjuratis literae missae essent, fieri vix potuit, ut de sceleratissimis istis consiliis nihil hominum sermonibus percebresceret. Crassius igitur, quem suspectum fuisse satis constat, ne majus etiam existimationis detrimentum faceret, publicae salutis curam simulavit, et quae celari non poterant, doloso consilio aperuit. Accedit, quod hoc ante senatus consultum, a. d. XII. Cal. Nov. factum, acciderat, sed indicium Tarquinii, quo Crassus de conjurationis societate accusatus est, ante diem III. Non. Dec. factum; neque, quod antea se bonum simulaverat, inde colligi potuit, eum postea omni culpa vacuum fuisse. Recte igitur Salustius omisit, quae ad eam rem, de qua disputavit, nihil plane pertinuerunt. — Sed Ciceronis res gestas quod attinet, multa omissa sunt, quae cur auctor silentio praetermiserit, haud facile est ad explicandum. Ridiculi quidem sunt, qui Salustio vitio vertunt, quod Caesarem et Catonem potissimum praestantissimos viros illius aetatis dixerit, cum ipsi Ciceroni hanc laudem tribuendam esse statuant. Quem summum quidem virum jure dixeris, sed animi excelsitatem, robur atque magnitudinem, quae praecipua laus illorum virorum est, non aequavit. Illorum mores descripsit Sal., quod in iis singularem quandam animi ingeniique vim et ea potissimum studia cognovisse sibi visus est, quae tum temporis in re publica maxime celebrata erant. Quod si spectas consilium, Ciceronis mentio fieri vix poterat. Sed alia sunt, quae salva prima historiae lege omitti non potuisse videntur. Primum omnium satis constat, Ciceronis inprimis consilio, studio atque opera factum fuisse, ut tantum et tam atrox periculum a re publica fuerit depulsum. Id quod Salustius quidem ipse significat, sed non satis illustrasse videtur. cfr. cap. 23. fin. et 26. 27. 29. 31. med. 41. 44. 45. 46. 48. 49. Quin immo fuerunt, qui verba capitis 26. *neque illi tamen ad cavendum dolus aut astutiae deerant* eo consilio ab auctore dicta statuerent, ut laudi Ciceronis obtrectaret. Sed non tam ex iis, quae dixit, quam ex iis, quae, cum dicenda fuissent, silentio praetermisit, Ciceronis laudi eum invidisse col-

ligunt. Quanto cum studio Cicero Catilinae consiliis obviam iverit, cum alia multa testimonio sunt, tum quod eo referente senatusconsultum factum est: „Si mercede corrupti obviam canditatis issent, si conducti sectarentur, si gladiatoribus vulgo locus tributim, et item praedia si vulgo essent data, contra legem Calpurniam factum videri.“ cfr. Cic. pro Mur. cap. 32. alia Tulliae legis capita. vide Or. in Vat. 15. pro Sextio 64. pro Mur. 41. Dio Cass. 37. 29. Qua de re si Salustius mentionem fecisset, et quam perversa Catilinae consilia et quantum periculum reipublicae et quanta consulis industria fuisset, accuratius declarasset. Sed hoc opinor praetermisit, quia eo tempore severiores leges de ambitu saepius rogabantur, neque eo decreto tantam illam Catilinae immanitatem illustrari posse judicabat, quod aliis temporibus et nulla domestici belli suspicione factum fuerat. Id certe facile concesseris, ex hac re sola non posse colligi, Salustium consilio multa praeteriisse, quae Ciceroni laudi fuerunt. Eodem spectat, quod de comitiis prorogatis nihil memoravit, quod a Cicerone prudenti consilio factum, ne Catilina Sullanorum colonorum suffragiis aut vi consulatum consequeretur. cfr. Cic. pro Mur. cap. 24. 25. 26. Quam certa spes summi magistratus ei fuerit, et quanta praesidia paraverit, ex hac re potissimum intelligitur. Quo major etiam Senatus metus esset, percrebuerant voces Catilinae, quas in domestica concione habuisse dicebatur. Miserorum enim fidelem defensorem inveniri posse negaverat, nisi eum, qui ipse miser esset; integrorum et fortunatorum promissis saucios et miseros credere non oportere, quare qui consumta replere, erepta recuperare vellent, spectarent, quid ipse deberet, quid auderet; minime timidum et valde calamitosum esse oportere eum, qui esset futurus dux et signifer calamitosorum. His rebus auditis, Cicerone referente, factum est senatusconsultum, ne postero die comitia haberentur, ut de his rebus in senatu agi posset. Catilina igitur de his indiciis dicere jussus, non se purgavit, sed indicavit. Duo enim corpora esse reipublicae dixit, unum debile, infirmo capite; alterum firmum

sine capite. Huic, cum ita de se meritum esset, caput, se vivo, non defuturum. cfr. Plut. Cic. c. 14. Haec omnia ne verbo quidem attigit Salustius, contra Catilinam verba facientem inducit, quo anno simul cum Cicerone consulatum petiverat; et eorum loco, quae Cicero illum in senatu dixisse testatur, plane aliena laudavit, quae ad Catonis interrogationem ille responderat. Quae quidem si accuratius reputamus, non solum malivolentiae, sed etiam negligentiae Salustius insimulandus esse videtur, quippe qui rerum ordinem perturbarit, et res memoratu dignissimas aut omiserit aut non satis accurate explicuerit. Accedit quod rei gravissimae nulla apud Salustium fit mentio, in ipso scilicet senatu multos fuisse, qui Catilinae incepto faverent. Quae quidem res in dubitationem vocari non potest, cum Cicero et in oratione in Senatu habita et cum pro Rostris verba faceret, rem ita sese habere aperte indicet. cfr. Or. I. Cat. cap. 12. „Quanquam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea, quae imminent, non vident, aut ea, quae vident, dissimulant, qui spem Catilinae mollibus sententiis aluerunt conjurationemque nascentem non credendo corroboraverunt. Quorum auctoritatem secuti multi non solum improbi, verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter et regie factum esse dicerent.“ cfr. Or. Cat. 2. 2. „Sed quam multos fuisse putatis, qui, quae ego deferrem, non crederent? quam multos, qui etiam defenderent? quam multos, qui propter improbitatem faverent?“ Praeterea Plutarchus hoc ipsi Catilinae persuasum fuisse narrat, eorumque senatorum, qui suis consiliis faverent, auxilio fretum, paulo ante comitia consularia Ciceroni superbius respondisse. cfr. Vit. Cic. cap. 14. idem de indiciis factis recte judicat: *αἱ δ' ἀπ' ἀνθρώπων μηνύσεις ἀληθεῖς μὲν ἦσαν, οὔπω δ' εἰς ἔλεγχον ἀποχρῶσαι κατ' ἀνδρὸς ἐνδόξου καὶ μέγα δυναμένου, τοῦ Κατιλίνα.* Quam quidem ob rem Dio Cassius Ciceronem calumniae suspicionem incurrisse tradit l. 37. cap. 31. *ὥστε καὶ ἐπὶ συκοφαντίᾳ τὸν Κικέρωνα διαβληθῆναι.* Salustius autem, cum saepius de iis exposuerit, qui rerum novarum cupidi Catilinae incepta probaverint, ta-

men, ipsos senatores suspectos fuisse, nullo loco dicit. Ne hoc quidem satis accurate exposuit, quam difficile fuerit, conjurationem manifesto deprehendere, cum Ciceroni quidem conjuratorum consilia comperta essent, conjurationis autem auctores criminis convinci non possent. Sed neminem fugit, hac potissimum in re Ciceronis studium fuisse positum, ut et sentiret, quae conjurati molirentur, et inceptis eorum obviam iret. Salustius autem quamvis Ciceronis aliquoties cum laude mentionem fecerit, tamen aperte non dixit, illius maxime industria atque vigilantia factum esse, ut urbs ex tantis periculis liberaretur. Quod non solum Ciceronis, sed etiam senatus populique Romani fuisse judicium, inde colligas, quod et gratiae verbis amplissimis ei actae sunt, quod ejus virtute, consilio, providentia respublica periculis sit maximis liberata, et supplicatio diis ejus nomine decreta est, *quod urbem incendio, caede cives, Italiam bello liberasset.* cfr. Or. 3. in Cat. c. 6., quod quidem uni Ciceroni, civi togato, contigerat. Gravissimum hoc Ciceronis virtutis testimonium a Salustio silentio praetermissum est, ita ut, quo jure suo Cicero exsultabat laudis praeconio, rerum scriptor, quantum in eo fuit, oblivioni dederit. Dixerit aliquis, nullam hujus rei a Salustio fuisse relictam memoriam, quia neque ad conjuratorum consilia, neque ad rem publicam pertineret, quae in Ciceronis laudem a senatu decreta fuerint. Neque ego statuo, nisi hoc literis mandatum sit, istius temporis rationem explicari non potuisse. Cum autem dubitari non possit, quin Ciceronis singulari virtute, constantia, vigilia curaque respublica conservata fuerit, vel in breviore tam atrocis sceleris narratione non omittenda fuerunt, quibus senatus testificatus est, consulem optime de republica esse meritum. Parum accurate etiam hoc scriptum, quod de Ciceronis oratione, in senatu de conjuratis habita, nihil dixerit. Fac enim, non multum ad senatorum voluntatem mutandam valuisse, id certe studuit Cicero, ut cura sui suorumque omissa, quod maxime e republica esset, decernerent. Accedit, quod Cato in Oratione Ciceronis sapientiam et indu-

striam summis laudibus in coelum extulerat (Cic. Ep. Att. 12. 21.), quas quidem laudes aeque ac Caesaris accusationem a Salustio esse omissam, jam supra memoratum est. Quae cum indigna statueret Salustius, quae illustrarentur, mirum te non habebit, quod non accuratius exposuerit, plebem, postquam de conjuratis supplicium sumptum fuerit, gaudio exsultasse (cfr. Plut. Cic. cap. 22.), atque Ciceronem, cum Metellus, tribunus plebis, et Caesar praetor plurimum ejus laudibus obtrectarent, a Catone patrem patriae fuisse appellatum, cfr. Plut. Cic. cap. 23. Dio Cass. 37. 41. (Cic. Ep. Div. 5. 1.). Quae omnia si reputaveris, nil quidem falsi a Salustio dictum esse statues, multa autem omissa, quae, etiamsi paucis hac de re absolvere ei animus fuit, commemorari poterant. Judicium ejus integrum et omni malevolentia et obtrectatione fuisse liberum, haud negaverim, sed quod quasdam inimicitias cum Cicerone exercuerat, eorumque mores ac studia fuerunt dissimillima, facile fieri potuit, ut de Ciceronis rebus minus recte existimaret, eandemque ob causam jejunius atque infirmius de iis exponeret. Aliud enim est, consilio de alicujus laudibus detrahere atque veritatem inflectere, aliud partium studio occaecatum minus acute in re aliqua videre. Quare ita statuo, Salustium quidem de industria Ciceronis laudes non imminuisse; sed, quia vitae ejus rationes a Ciceronis studiis plane abhorrebant, multa non satis illustrasse, quae Ciceronis potissimum virtute atque consilio bene gesta sunt.

De forma brevioribus nobis esse licet, cum et auctoris consilium sit manifestum, et jam supra hac de re paucis sit expositum. Primum igitur hoc neminem fugit, Salustium non acquiescere in eo, ut enarret, quid actum aut dictum sit, sed etiam quomodo. Quas igitur Cicero historiae leges esse statuit, ut primum consilia, deinde actus et eventus exponantur, has regulas etiam Salustius secutus est. Nam et de consiliis significat, quid probet, et in rebus gestis declarat, qua ratione aliquid actum sit, et in rerum eventibus enarrandis omnes causas vel casus, vel sapientiae vel temeritatis explicat. Sed ho-

minum ipsorum non solum res gestas, sed etiam qui fama ac nobilitate excellunt, de cujusque vita atque natura exponit. Haec igitur in universum ad sermonis, quo historicos uti decet, rationem pertinent. Sed haec cum ingenio et solertia fiant oportet, ut scriptor laude dignus sit. Sed de virtutibus et vitiis orationis Salustianae in calce libri accuratius disputabitur, hoc loco ceteris omissis, ea notasse satis habeo, quae ad conjurationem Catilinariam pertinent. Jam eas sententiarum figuras, quas Salustii proprias recte dixeris, in hoc libro frequentiores esse, quam in ceteris, supra est monitum. Quamvis enim ex historiarum libris multae locutiones a grammaticis antiquis laudantur, quarum neque in Catilina, neque in Jugurtha ullum vestigium deprehendas, tamen in conjuratione Catil. sermo multo abruptior et luminibus sententiarum exornatior est, et a leni et aequabili orationis tractu, qui in Jugurtha est, longe recedit. Ad antiquorum historicorum et Catonis inprimis stilum Salustium saepius orationem conformasse, in confesso est. Sed errant, qui ex his fontibus brevitatem illam repetunt. Illi enim, ut praeclare Cicero, dum intelligatur, quid dicant, unam dicendi laudem putant esse brevitatem. Est quidem etiam apud Salustium certum quoddam brevitatis genus, sed tale, quale in Thucydide Cicero laudat. Salustius enim haud minus quam Thucydides „ita creber est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur, ita porro verbis aptus et pressus, ut nescias, utrum res oratione, an verba sententiis illustrentur." Praeterea orationis vis atque ἐνάργεια eo maxime augetur, quod, minoribus et levioribus rebus fere neglectis, in magnis et memoria dignis illustrandis plurimum versatur. Quemadmodum enim in picturis, ubi multa abdita sunt et opaca, cetera laetiora, nitidiora et magis collustrata esse videntur; ita id stili genus legentes maxime movet, ubi, cum cetera angustius et brevius disputata sint, in rebus nobilioribus oratio magis insurgit et intentior, gravior et incitatior fit. Quam ob rem saepius ab eo quod proposuit, longius, quam par erat, digreditur. Haec est

ratio disputationis de moribus majorum; et ipsa praefatio, quamvis alio consilio scripta, si ipsius argumenti angustias spectas, alieno loco posita esse videtur. Etiam de Sempronia plura, quam pro rei dignitate, dicta sunt. Sed in eorum moribus illustrandis, qui ingenii viribus excellunt, haud uno loco modum excessisse videtur. Idem in causa fuisse videtur, cur longiores orationes historiis intexeret. Orationibus enim mores et ingenia hominum multo significantius exprimuntur, quam cum res ab iis gestae illustrantur. Sed quamvis jam a Trogo Pompejo hoc Salustio vitio datum est, tamen nescio an praeter Thucydidem hac in re ullus scriptor ejus laudem aequaverit. Nihil enim fictum est, quod aut a probabilitate, aut ab indole dicentium abhorreat. Quin tanta cum solertia naturam et indolem Catilinae, Caesaris atque Catonis oratione effinxit, ut facile Catilinae furiosam temeritatem, Catonis gravitatem atque constantiam Caesarisque fraudulentam mansuetudinem ex ipsis verbis cognoscas. Quod igitur apud Livium recte reprehenditur, quippe qui antiquissimis temporibus consules et senatores loquentes induxit, temporum ordinem neglexit, et priscorum hominum simplicitatem fuco rhetorico suae aetatis corrupit, haec a Salustii oratione sunt alienissima. Primum enim orationes ab his hominibus, a quibus dicit, et de iisdem rebus habitas esse, dubitari non potest. Accedit, quod illorum temporum aequali facile cognoscere licuit, quam in sententiam quisque locutus sit. Neque in Salustii consilio explicando omittendum est, quod recte dixeris, ea tempestate omnia paucorum hominum opera et studio gesta esse. Quaecunque enim aut ad evertendam aut ad servandam rempublicam inita sunt consilia, ea paucorum hominum fuerunt, qui aut virtute aut per vim et factionem cuncta regebant; ceteri gratia vel praemiis libertatem venalem habuerunt. Quae cum illorum temporum fuerit ratio, jure suo hoc scribendi genere usus est Salustius. Quare qui eum vituperant, videant, ne faciant intelligendo, ut nihil intelligant. Ridicula enim illorum ratio mihi esse videtur, qui ex philosophorum scholis praecepta hi-

storiae scribendae repetunt, et ad eas, quae eorum mentibus inculcatae sunt regulae, judicium de antiquis scriptoribus revocant. Alium enim alia decent. Neque Herodotus accusandus est, quod gravitatem atque majestatem Thucydidis oratione non expressit, neque de Salustii gloria detrahendum, quod a Ciceronis ceterorumque scriptorum Romanorum sermone longius recessit. Quo accuratius enim optimi cujusque scriptoris orationem excuties, eo clarius apparebit, et rerum naturam, in quibus illustrandis scriptores versantur, et ipsorum indolem, ad orationem non solum electione, sed etiam constructione verborum confirmandam plurimum valuisse. Quod ubi cognoveris, criticorum vanum ridebis studium, omnium orationem ad suas leges et philosophorum praecepta exigendi. Huic vitio plane contrarium, sed cui facilius ignoscas, est hoc, quod multi ex solis antiquorum scriptorum monumentis bene scribendi regulas hauriunt, ad hanc normam omnium artium disciplinarumque genera revocant, et illo modulo vel alienissima metiuntur. *Unus utrique error, sed variis illudit partibus.* Ab utroque vitio judicium ut liberum sit, harum literarum studiosis quam maxime enitendum est. Sola enim hac ratione fieri potest, ut etiamnum, quos decet fructus, ex humanitatis studiis percipiantur.

QUOMODO IN BELLI JUGURTHINI HISTORIA SCRIBETDA VERSATUS SIT SALUSTIUS.

(Aut. Fr. Doroth. Gerlach.)

Ut de scriptoris ingenio et de tanti operis forma accuratius judicium fiat, primum de rerum fontibus, unde ille sua hauserit, exponendum est. Quamvis enim Salustius belli Jugurthini luculentissimus et religiosissimus auctor jure suo existimatur, hoc tamen iis persuasissimum fore judico, qui accuratius cognoverunt, quae et quanta in hoc opere condendo ei fuerint subsidia. Ut enim omittam, illum pro consule Numidiae praefectum, complures annos in his locis versatum fuisse, ubi bellum gestum fuerat, hoc etiam magno illi fuit adjumento, quod nulla fere res pluribus scriptis illustrata fuerat. Eo enim tempore mos invaluit, ut summi viri suam ipsi vitam narrarent, et memoriae rerum gestarum consulerent. Non solum enim M. Aemilius Scaurus tres libros de vita ipsius acta ad L. Fufidium scripserat (cfr. Cic. Brut. c. 29.), sed etiam L. P. Rutilius Rufus et historias et de vita sua scripsit (vid. interpp. ad Taciti Agricolam c. 1.). Quorum quidem scriptorum testimoniis ideo plus tribuendum est, quod non, quae fama et auditione acceperant, sed quibus ipsi interfuerant rebus, in commentariis illustraverant. Immo ne Sulla quidem, ad quem laus atrocissimi belli compositi pertinet, hanc rem

silentio praetermisisse videtur; quippe quem non solum gloriae, sed etiam partium studium impulit, ut Marii, inimicissimi hominis, facta detrectaret, et quas ipse res praeclare gesserat, summis laudibus efferret. Quamquam sunt, qui XXII. historiarum libris, ab illo ad Lucullum scriptis, tantummodo res inde a bello sociali usque ad dictaturam suam illustrasse statuant 114). Accessit Sisennae, gravissimi viri, testimonium, qui et ipse aequalem aetatis suae memoriam literis illustraverat 115). Nam dictaturae Sullae mentio in historiarum libris, ab eo compositis, facta fuerat. Magna etiam fuit auctoritas Posidonii, qui summis viris, Pompejo aliisque, familiarissime usus fuerat, et magnum historiarum opus condiderat (cujus librum XLIX. laudat Athenaeus IV. p. 176.). Qui cum res Romanas inde a capta Carthagine usque ad finem belli Mithridatici illustraverit, etiam de bello Jugurthino exposuisse 116) videtur. Jam annalium scriptores, Q. Claudium Quadrigarium, Q. Valerium Antiatem, C. Licinium Macrum, fortasse alios quoque, qui his temporibus vixerunt et historiarum libros composuisse dicuntur, bellum quoque Jugurthinum scriptis illustravisse manifestum est 117). Quorum quidem auctorum Salustio copiam fuisse, vix in dubitationem vocari posse videtur; sed num eos inspexerit atque in usum suum converterit, alia est quaestio. Sed cum tanta fuerit hujus scriptoris diligentia, mihi quidem admodum probabile esse videtur, nihil quidem ab illo

---

114) Quamquam — statuant. cf. Heereni Comment. de Fontibus et auctoritate Vitarum Plutarchi p. 151. Gerl.

115) Literis illustraverat. cf. Voss. de Hist. Lat. p. 43. Gerl.

116) Exposuisse videtur. cf. Heeren. l. l. p. 138. sq. et quem ille laudat: Posidonii Rhodii reliquiae doctrinae: collegit atque illustravit Janus Bake. Lugd. Bat. 1810. Gerl.

117) Manifestum est. Heeren. l. l. p. 103. Graecos quoque scriptores commemorat, Alexandrum Polyhistorem, Dositheum et Dorotheum, qui res Romanas eo tempore gestas scripserunt. cf. Voss. de Hist. Lat. I., 9. et 10. Lachmann de Fontibus hist. T. Livii p. 34. sqq. Gerl.

fuisse neglectum, ut opus quam absolutissimum relinqueret. Neque conjectura opus est. Qui enim in Africae originibus illustrandis regis Hiempsalis libros laudaverit, Sisennae vitio verterit, quod de Sullae rebus parum libero ore locutus sit, ipsius Scauri avaritiam apertissime explicuerit, de Metelli rebus accuratissime scripserit, Marii virtutem summis laudibus celebraverit, eum omnium scriptorum testimonia summa cum fide et religione examinasse, facile credideris. Quam quidem ad rem accuratius explorandam multum faciunt ceterorum scriptorum, qui bellum Jugurthinum attigerunt, testimonia. Haec igitur cum Salustii historia diligentius comparasse non abs re est. Quamvis enim multi eorum ipsum Salustium auctorem secuti esse videntur, in paucis tamen ab eo dissentiunt, quae cur ab illo aut omissa, aut aliter narrata fuerint, in disceptationem vocandum est. Primum quidem satis constat, quos libros Livius de bello Jugurthino conscripserit, temporis injuria periisse, nec nisi eorum argumenta, quorum auctorem sunt qui Florum existiment, aetatem tulisse. Sed Epit. 64. et 66., in quibus pauca de bello Jugurthino insunt, nihil habent, quod Salustii auctoritatem infirmet; nisi in Jugurthae verbis levis quaedam discrepantia est, de qua supra memoravimus. (Vide Comm. ad cap. 35.) Ipsius Flori Rerum Romanarum Epitome brevior est, quam cujus ratio in fide Salustii examinanda haberi possit, et facile intelligas, totam ejus belli descriptionem ex Salustii libro esse exscriptam. cfr. Lib. 3. c. 1. Vellejus Paterculus quoque brevissime tantam rem attigit atque perstrinxit. Nam, quae ejus est ratio, judicium potius de rebus interponit, quam, quomodo res gesta sit, explicat. cfr. Lib. 2. c. 11. et 12. Eutropius, qui paucis verbis bellum Jugurthinum absolvit (vide Lib. 4. c. 26. 27.), Salustii vestigia persecutus, nulla in re dissentit. Sed ex Orosii narratione (cfr. Lib. 5. c. 15.) manifestum est, ceteros scriptores multa accuratius exposuisse, quam Salustium. Cum enim laudasset scriptorum, qui hanc rem illustrarunt, luculentiam, plurima quidem eodem fere modo enarrat, sed pauca addidit, quae a Salustio omissa sunt.

In deditione, auctore Bomilcare a Jugurtha facta, obsidum et transfugarum numerum addidit, quae quidem ex Livio hausisse videtur, quem in ceteris quoque auctorem sequi solet. Praeterea non solum deditionem a Jugurtha, sed etiam pacem factam fuisse statuere videtur. Id quod verba: *Exin cum incertus in pace, improbos non cohiberet excursus* significare videntur. Sed in eo falsus est, quod Cirtam urbem etiam tum a Jugurthae praesidiis occupatam teneri existimavit; dicit enim: *adversus Romanos, expugnationem ejus parantes.* Contra Salustius: *ad Cirtam oppidum iter constituunt, quod ibi Metellus praedam captivosque et impedimenta locaverat.* Neque enim putaverim, eandem urbem postea a Jugurtha receptam fuisse. Ipsum praelium apud Orosium haud inconcinne descriptum est, sed hoc parum recte dictum, quod tres dies continuos a Numidis contra Romanos pugnatum esse dicit. cfr. Jugurth. c. 97. 98. 69. 101. Neque tantum periculum virtute a Romanis propulsatum putat, sed repentinam pluviam sitientibus militibus saluti fuisse. Tandem atrocissimo illo proelio, non procul urbe Cirta, ut Salustius auctor est, commisso, nonaginta millia Numidarum a Romanis caesa esse dicit; quae quidem omnia ita sunt comparata, ut alios auctores secutum esse Orosium facile intelligas, sed ejus judicio non ita multum tribuas. Inter Graecos scriptores apud Strabonem nonnulla de situ locorum accuratius exposita sunt, de quibus in Comm. memoratum est. Appianus in libro, quem Grammatici laudant Νομαδικὴν γραφὴν, et ipse accuratius de bello Jugurthino egisse videtur. In paucis enim, quae exstant, fragmentis (vide Appian. Ed. Teuchner p. 237.) de Vaccensium et transfugarum Romanorum supplicio accuratius, quam Salustius exposuit, Manlii legati, una cum Sulla ad Bocchum regem missi, orationem commemorat. Salustius autem expressis verbis non Manlium, sed Sullam, cujus eloquentiae hoc a Manlio datum sit, verba fecisse dicit. Etiam eo loco, ubi Appianus de Jugurtha capto exponit, facile intellexeris, alius potius scriptoris, quam Salustii, verba ab eo esse expressa. Neque,

ubi libro VI. Belli Hispanici c. 89. Jugurtham ad Numantiam in castra Romana pervenisse enarrat, Salustii vestigia pressit. Quamvis igitur levis sit Appiani auctoritas, tamen, si liber ejus aetatem tulisset, rectius utique de Salustio judicare liceret. Diodorus in paucis librorum deperditorum reliquiis et ipse a Salustio dissentit. Leviora quidem etiam haec dixeris, sed non plane contemnenda. cfr. Lib. XXXIV. Ed. Bip. Tom. X. p. 132. sq. Exstat fragmentum de Cirtae urbis expugnatione, ubi eadem fere, quae apud Salustium, hac de re narrantur. Sed Adherbalem dicit 'Ατάρβαν. cfr. l. l. p. 132. Etiam alterum Micipsae filium Hiempsalem 'Ιάμψαμον nominat. cfr. l. l. p. 139. Eodem loco Graecas literas a Micipsa rege receptas et cultas fuisse auctor est; id quod Strabonis testimonio confirmatur. vide L. 17. c. 3. p. 488. Ed. Tauch. De Metelli superbia et de Marii industria simulataque modestia idem accuratius exponit p. 139. 140.; quo quidem loco manifestum est, alius scriptoris, quam Salustii, auctoritatem eum esse secutum. Responsum quoque, a senatu Bocchi legatis datum, a Salustii verbis abhorret; quae enim senatus obscurius significavit, haec expressis verbis Diodorus exposuit. — Multo diligentius Plutarchus Salustii vestigia legit; quodsi enim a paucis discesseris, parum abest, quin ipsa illius verba expresserit (vide Vit. Marii c. 9.). Prodigium quidem, Mario Uticae oblatum (cfr. Jug. 63.), a Plutarcho rectius ad ipsum profectionis tempus relatum esse videtur (vide Vit. Marii c. 8.). 118) Alia quoque fusius exposuit et luculentius illustravit; neque tamen ex his colligas, eum aliis scriptoribus plus, quam Salustio, tribuisse. Sed de inimicitiis, quae Mario cum Metello intercedebant, ita disseruit, ut facile intelligas, Plutarchum Marii magis, quam Metelli culpa hoc factum esse sta-

---

118) (Vide Vit. Marii c. 8.) Cf. Freinsheim. Livii Supplem. L 45, c. 54. „Sallustius magnus auctor, et in his rebus unicus, hoc Marii Uticense sacrum prioribus aliquanto temporibus adscribit, a cujus sententia non oblivione aut neglectu, sed judicio discessi. Gerl.

tuere. cfr. cap. 8. l. l. initio. Quare recte V. Cl. Heerenius judicare videtur, plurima, quae ad res a Mario in Africa et contra Cimbros et Teutones gestas pertineant, Plutarchum ex Sullae commentariis hausisse. Praeter hos scriptores, qui peculiaribus libris aut de bello Jugurthino, aut de viris scripserunt, quorum opera in his rebus fuerat praecipua, multa apud auctores passim occurrunt, quae ad bellum Jugurthinum pertinent. Sed cum ad eam rem illustrandam nihil faciant, ea silentio praetermittere melius visum. Quamvis enim Freinshemius, et postea Debrossius, qui et ipsi belli Jugurthini historiam scripserunt, multa auctorum loca congesserunt, tamen levissima sunt, in quibus Salustii auctoritatem impugnant; immo Freinshemius potissimum multa solius ostentationis causa laudasse videtur, quae si perlegeris, nihil invenies, quibus Salustii historia fusius explicetur atque illustretur. Quare ceteris scriptoribus comparandis vix fieri posse videtur, ut, quanta fides habenda sit Salustio, explores. Sed ipsius Salustianae orationis ea vis est atque praestantia, ut quantum ejus judicio tribuendum sit, facile constituas. Qua igitur causa hoc argumentum Salustius sibi tractandum sumserit, ipse exposuit. (c. 4.) Res enim et per se memoria digna, et eo bello semina malorum jacta sunt, quibus res Romana in summum paene discrimen adducta est. Sed consilium tantae rei scribendae tum primum cepisse videtur, cum, proconsul Numidiae praepositus, loca, ubi bellum illud gestum fuerat, accuratius cognovit. Neque tamen hanc primariam causam fuisse dixerim. Partium studio eum impulsum fuisse credideris. Cum enim ipse Caesaris partes secutus esset, illamque optimatium factionem odio haberet, facile in animum induxit, eas res perscribere, quibus tanta illa nobilitatis perversitas aperiretur. Id quod factum est tempore belli Jugurthini, ubi, cum Tiberio et Cajo Gracchis interfectis, senatus auctoritas maxima videretur, primum inventi sunt, qui intrepido animo superbiae et arrogantiae nobilitatis resisterent, et plebem, servitute oppressam, in libertatem vindicarent. Quorum quidem consilia

ım Salustius probaret, his rebus illustrandis plurimum studii lhibuit, neque quemquam hoc latere putaverim, quanta cum te Memmii et Marii orationes scriptae sint, quibus optima. ım vitia exagitantur. Sed non ea fuit ingenii perversitas in ılustio, ut, quod ipse, nobilium factioni inimicissimus, po- ıli partes fovebat, veritatem inflecteret, et in historia scri- ında nil nisi partium studium spectaret. Contra hac in re hucydidi simillimus esse videtur, quod et eadem fere de re- ım publicarum formis sentit, et incorrupto judicio, quid ubi- ıe laudandum fugiendumve sit, ponderat. Quare tantum abest, populares viros laudando, quos Sulla et Rutilius, credo, con- ciis laceraverant, eorum inimicorum gloriae obtrectet, ut po- us neque Metelli neque Sullae mores ab ullo scriptore verius cpressi sint, quam a Salustio. Sed hoc jam ad Catilinam ıimadversum est, in hominum ingeniis atque moribus adum- randis paucos scriptores Salustio pares esse, et neminem fere um superasse. Varium enim Jugurthae ingenium, quanto cum cumine explicuit et in omnium quasi oculis atque conspectu osuit? Eademque solertia in Bocchi fraudulentis consiliis il- ıstrandis versatur. Sed ut eo redeamus, unde profecta est no- ıtra oratio, id dubitari non potest, partium studium ad cor- rumpendum Salustii judicium nihil valuisse. Sed non minus laudanda totius operis forma atque conformatio. Quod enim per- petuae rerum historiae scriptoribus saepius accidere solet, ut multa orationi intexant, quae aut levissima sunt, ita ut legen- tibus fastidium creent, aut a consilio, quod sequuntur, aliena, hoc ne sibi vitio verti possit, diligenter cavet Salustius, quippe qui non solum rem gravissimam scribendam susceperit, sed etiam in ea explicanda atque illustranda tanta cum arte versa- tus sit, ut nil possit esse supra. Nihil enim ab eo scriptum est, quin ad rem, quam sibi illustrandam proposuit, spectaret. Ipsius belli atrocitatem, callida Jugurthae consilia et magnam industriam, nobilitatis avaritiam, superbam et pravam ambi- tionem, virorum principum virtutes et vitia, haec, ceteris omissis, illustranda esse censuit. Quas quidem ad res ut le-

gentes acrius animos intenderent, et orationis ubertate et verborum aculeis sententiarum acerbitatem et nervosam illam, qua excellit, gravitatem temperavit. Nam summam illam dicendi vim atque contentionem non in brevitate, quam interpretes jactant, sed potius in judicii acumine, apta verborum electione et incorrupta quadam Latini sermonis integritate esse positam, in commentariis animadversum est. Sed consilium Salustii, tantum res gravissimas illustrandi, cum ex aliis rebus, tum inde maxime perspicitur, quod tempora accuratius describere omisit. Satis enim habuit, ipsum rerum ordinem exponere, sed quo quidque anno gestum sit, enarrare a consilio alienum duxit. Quantum autem sit artificium dicendi, inprimis ordinis et rerum disponendarum ratione manifestum fit. Initio libri, postquam de historiae scribendae consilio exposuit, in Jugurthae ingenio moribusque illustrandis versatur, et quibus artibus ad regnum pervenerit, luculenter ostendit — c. 17. His pauca sunt interposita de Romanae nobilitatis avaritia, quibus omissis, regis largitio illustrari non potuit. Hac igitur de re primum agendum fuit, quod inde ab initio belli usque ad finem in Jugurthae callidis consiliis omnia posita sunt. Sed postea cum jam describere aggrediatur, quomodo bellum Romanos inter et Jugurtham ortum sit, primum naturam et situm locorum illustrat; quo quidem loco id animadvertitur, cujus rei in historiarum libris multa testimonia exstant, Salustium in originibus populorum explicandis antiquissimas fabulas sequi, quippe quas ad veritatem propius accedere statuit, quam seriorum interpretum judicia — cap. 20. Sequentia usque ad cap. 40. eo spectant, ut optimatium mores perversi accuratius exponantur. Quare res bellicas breviter attingit, sed in principum civitatis vitiis enarrandis multus est et copiosus. In Metelli rebus illustrandis diligentissimum se praebet Salustius — cap. 84. Disciplinam ab eo restitutam commemorat, quanto consilio atque virtute bellum gesserit et suis artibus regem petiverit, accuratissime exponit. Sed in tanta diligentia non omnia, quae per tres deinceps annos a Jugurtha bene

male gesta sint, enarrat, sed totius belli rationem, atrocis-
ia praelia, expugnationes urbium, insidias ab hostibus stru-
s, imperatorumque consilia illustrat; cetera, quae multa in
lis accidere solent, sed leviora sunt, a consilio suo aliena
it. Jam de Philaenis fratribus quod digressionem fecit,
eo consilio fecisse videtur, ut nobile factum Carthaginien-
n etiam Latinis literis illustraretur. Sed inde a capite 84.
ue ad finem libri in Marii virtute illustranda totus est.
us ingenium quantopere praestantissima illa oratione ape-
ur, supra memoratum est. Sed etiam ceteras res ab eo
tas tam luculenter exposuit, ut facile intelligas, Salustium
rii virtuti atque solertiae plurimum tribuere. Neque tamen
s justo eum laudasse putandus est; non enim verbis Marii
tus ab auctore ornatur, sed in rebus gerendis eminet et
icet, ita ut dissimulari non possit. Sed quamvis Marius tan-
n sui omnibus injiciat admirationem, quantam debet, tamen
us factis Sullae gloriam obscurari non patitur Salustius; immo
anifesto confecti belli laudem in eum confert. Quare si ulli
iquam scriptori hoc dicere licuit, sibi a partibus rei publi-
ie liberum animum fuisse, haec merita Salustii laus est. Sed
meo, ne in hujus scriptoris virtutibus praedicandis modum
xcessisse et studium meum laudibus extollere videar. Quare
eteris, quae ad solam orationem exornandam pertinent, hoc
oco omissis, in calce libri adjicere placuit, qui consules belli
ugurthini tempore fuerint, et quae res singulis annis ge-
tae sint.

L. U. C. DCXX. P. Mucius Scaevola, L. Calpurnius Piso Coss.
Numantia capta. Jugurtha et Marius Scipionis auspiciis
stipendia faciunt (cfr. Plut. V. Marii c. 3. J. 7.).

DCXXXII. Q. Fabius Aemilianus Maximus, L. Opimius Coss.
Jugurtha a Micipsa in regnum adoptatus (J. c. 9.).

DCXXXV. M. Porcius Cato, Q. Marcius Rex Coss. Micipsa
moritur. Reguli Adherbal, Hiempsal et Jugurtha thesau-
ros inter se dividunt et imperii fines constituunt (J. c. 12.).

DCXXXVI. L. Caecilius Metellus, Q. Mucius Scaevola Coss. Hiempsal a Jugurtha occisus; Adherbal ab eodem bello petitus et proelio victus in provinciam profugit 119).

DCXXXVII. C. Licinius Geta, Q. Fabius Eburnus Coss. Adherbal Romam proficiscitur; eodem Jugurtha legatos mittit. Senatus utrisque datus. L. Opimius in Africam missus ad regnum Micipsae inter reges dividendum (J. c. 14. 15.).

DCXXXVIII. M. Aemilius Scaurus, M. Caecilius Metellus Coss. L. Opimius, pecunia a Jugurtha corruptus, partem Numidiae agris virisque opulentiorem Jugurthae tradit 120) (J. c. 16.).

DCXXXIX. M. Acilius Balbus, C. Porcius Cato Coss. Jugurtha iterum Adherbalem bello petit (J. c. 20.).

DCXL. C. Caecilius Metellus, Cn. Papirius Carbo Coss. Adherbal, praelio ad Cirtam urbem victus, eo fugit. Urbs obsidetur, legati Romani in Africam missi (J. c. 21.).

DCXLI. M. Livius Drusus, L. Calpurnius Piso Coss. Literae ab Adherbale Romam ad senatum missae. Scaurus legatus in Africam proficiscitur. Cirta capta. Adherbal occisus. Bellum a Romanis Jugurthae indictum (J. c. 27.).

DCXLII. P. Cornelius Scipio Nasica, L. Calpurnius Bestia Coss. Calpurnio Numidia provincia decreta. Jugurthae legati Italia decedere jussi; bellum Jugurthae illatum. Consulis legatus Scaurus et ipse pecunia corruptus. Pax cum Jugurtha facta. Acris Memmii oratio contra nobiles. Prae-

---

119) Profugit. Sed non satis certum, nam haec duobus, an eodem anno facta sint; Aul. Gell. N. A. 13. de Catone: „consul cum Q. Marcio Rege fuit inque eo consulatu in Africam profectus, in ea provincia mortem obiit.“ Jam si propter regum dissensiones Cato in Africam missus est, Hiempsal certe priore anno a Jugurtha occisus esse videtur. Gerl.

120. (J. c. 16.) Haec omnia Anno 635. U. C. facta esse Freinsheim. statuit. Vide Suppl. Liv. L. 62, c. 10—22. Gerl.

tor Cassius in Africam missus. Jugurtha Romam arcessitur (J. c. 28—34.).

DCXLIII. M. Minucius Rufus, Sp. Postumius Albinus Coss. Jugurtha, Massiva per sicarios interfecto, Italia decedere jussus. Bellum ab Albino renovatum, sed segniter gestum. Consul Romam redit, fratre Aulo propraetore in castris relicto (Jug. 35. 36.).

DCXLIV. Q. Caecilius Metellus Numidicus, M. Junius Silanus Coss. Propraetor Aulus cum exercitu a Jugurtha sub jugum missus. Foedus cum rege factum, sed a senatu neglectum. Rogatio Mamilia. Metello Cos. Africa Provincia decreta. Disciplina exercitus restituta. Vacca capta. Praelium apud Muthul flumen commissum. Zama frustra a consule oppugnata (J. c. 37—61.).

DCXLV. Serv. Sulpicius Galba, M. Aemilius Scaurus Hortensius Coss. Metellus proconsul cum Jugurtha de pace agit. Deditio a rege facta et postea omissa. Vacca urbs, quae ad Jugurtham defecerat, a Metello recepta. Conjuratio contra regem a Nabdalsa et Bomilcare facta et detecta. Jugurtha Thalam profugit. Haec urbs a Metello obsessa et capta. Jugurtha et Bocchus, rex Mauritaniae, foedere facto, conjunctis exercitibus Cirtam contendunt (J. c. 62—81.).

DCXLVI. L. Cassius Longinus, C. Marius Coss.

Metello imperium in Numidia, a senatu prorogatum, a plebe abrogatum, ad Marium defertur. Metellus bellum trahit; et Romam redux factus triumphat. Marius, multis levioribus proeliis factis, Capsam, munitissimum oppidum, capit (J. c. 82—91.).

DCXLVII. C. Attilius Serranus, Q. Servilius Caepio Coss. Reliqua pars Numidiae a Mario capta. Sulla in castra Romana venit. Atrox praelium sub finem aestatis commissum. Reges fugantur. Altera pugna non procul a Cirta.

Reges iterum victi. Bocchus pacem petit. Iterum bellum sumit, paulo post denuo de pacis conditionibus agit. (J. c. 92—103.) 121).

DCXLVIII. Rutilius Rufus, C. Manlius Maximus Coss. Legatis Bocchi a senatu pax data. Jugurtha, a Boccho proditus, Sullae traditur. Marius iterum consul factus (J. c. 104—114.).

DCXLIX. C. Marius, C. Flavius Fimbria Coss. Marius K. Januariis triumphat (J. c. 114).

---

121) (J. c. 92—103.) Falso Sigonius jam hoc anno Jugurtham captum esse statuit, vid. comment. in Fast. et triumph. Rom. p. 229. Etiam in rebus, quae priore anno a Mario gesta fuerant, parum diligenter se praebuit; p. 228. Fieri non potest, ut in ipsius Salustii silentio, de omnibus rebus certi quid statuatur, sed quae probabilia erant, conjectura assecutus esse mihi videor. Gaal.

DE PROPRIETATE SERMONIS SALUSTIANI.

(Auct. Fr. Doroth. Gerlach.)

um neque ars critica, quae dicitur, rite exerceri, neque do- verborum sententiarumque interpretatio facile institui possit, a examinato scriptoris, quem tractes, dicendi genere, in e commentariorum adjicere placuit, quae ad Salustianae elo- ionis rationem aperiendam plurimum mihi facere videban- . Multa jam passim notata atque animadversa, quae aucta ue in uno conspectu posita pro norma quasi haberi velim, quam et criticorum et interpretum judicia dirigenda esse stimem. Sed innumera sunt, quae varia scripturae genera ıstituunt; neque omnia complecti animus fuit. Omissis igi- , quae ex rhetorum regulis penduntur, id potissimum agam, quae grammaticorum praeceptis vel illustrandis vel infir- ndis inserviant, diligenter examinem. Ac primum quidem cte scribendi scientiam (ὀρθογραφίαν) quod attinet, multum lustium a vulgari scribendi genere recessisse, et viri doctis- ni judicarunt, et optimi cujusque codicis testimonia compro- nt. Dictionis enim antiquitas, quam ab eo affectatam esse o ore omnes consentiunt (cfr. Comm. P. I. p. 20. adde Fest. v. claritudo et Prisc. 6. 12. p. 261., ubi ejus oratio cum Lu- etii et Catonis comparatur) non modo in verborum electione que structura, sed in ipsa scribendi consuetudine perspici- ır. Nihilominus tamen difficillimum est ad dijudicandum, quae

solius Salustii, quae ei cum aequalibus scriptoribus communia fuerint, cum editores adhuc hac in parte parum diligentes sese praebuerint. Qua in re ne per errorem labamur, nitidissimique scriptoris orationem horridam atque incultam efficiamus, ad praestantissimorum vetustissimorumque Codd. auctoritatem scriptura est conformanda; quorum in numero Bas. I. duo Vaticani, et quatuor Parisini habendi sunt. Ex quibus haec notatu digna judicavi. Multis in verbis propter quandam soni gravitatem credo, *u* pro *i* scriptum, id quod in *optumus*, *maxumus* solemne, sed etiam *proxumus*, *finitumus*, *maritumus*, *pessumus*, *fortissumus*, *infirmissumus*, *flagitiosissumus*, *clarissumi*, *sceleratissumi*, *miserrumus*, *novissume*, *aegerrume*, *acerrume*, *occultissume*, passim in antiquissimis Codd. Parisinis, Bas. et Vaticanis inveniuntur, ita ut in omnibus superlativis Salustius vocalem *u* retinuisse videatur. cfr. Schneid. de Elemm. L. L. I. p. 18. Praeterea *lacrumae*, *lubet*, *lubido*, *seorsum*, *aestumo*, *existumo*, *Sulla* etc. passim leguntur. In gerundio et part. fut. pass. III. et IV. conj. ubique *u* pro *i* scriptum; neque modo *faciundum*, *capiundum*, *potiundi*, *ementiundo*, sed etiam *perdundi*, *agundi*, *opprimundi*, *referundum*, *sumundum*, *dicundo*, *gerundo*, *mittundo*, *legundi*; qualia multa vel mediocres Codd. retinuerunt. Itidem *adulescens* constanter pro *adol.* et *epistula* in V. a., quam scripturam V. Cl. Angelus Majus etiam in Cornelio Frontone restituit. Ceterum si Annaeo Cornuto et Velio fides habenda, multa ex his primum Caesare auctore exiliorem sonum acceperunt; cfr. Cassiod. col. 2284. Vel. de Orth. col. 2228.; et in optimis Cic. Codd. *optumus*, *maxumus* etc. legi satis constat. Contra *o* pro *u* ponitur, ubi eadem littera praecedit; *volt*, *voltus*, *volturcius*, *divolgavit*, *volgum*, *volnus*, eademque litera in omnibus formis verbi *vertere* legitur; *vortit*, *convortit*, *vorsum*, *advorsum*, *transvorsus*, *vorticosus*, cfr. Quinctil. Inst. Rhet. 1. 7. 25. sed num etiam *vivos* pro *vivus* et id genus alia, ap. Terentium cfr. Don. ad. Andr. 3. 4. 1. scribenda sint, incertum. *Secordia* an *socordia* rectius scribatur, dubium; illud,

aliquoties in Vat. b. scriptum, etymologiae ratio, hoc optimorum Codd. auctoritas commendat, etiam *jocundus* rectius propter vocalium *i* et *u* similitudinem; *percontari* quoque melius scribi videtur, quam *percunctari*. Praeterea *quom* uno loco in Vat. a. pro *quum*; Hist. fr. L. I. 15. Or. Lep., quam scripturam praestantissimam ubique exprimendam putarem, nisi in vetustissimo Parisino *cum* constans esset lectio, sive praepositio, sive conjunctio est. *E* pro *i* est in pluribus compositis verbi *legere*: *neglego*, *intellego*, *neglegentia* etc. quae quidem in universum verbi simplicis ἀναλογίαν sequi videntur. Nam lectio Bas. 1. *neglegisset* J. 40. duobus Parisinis et Med. 1. confirmatur et Vat. a. *intellegerint* habet Hist. fr. I. Or. Lep. Alia de vocalibus vide infra, ubi de declinatione et conjugatione agetur. Consonantes quod attinet, Salustius antiquam scribendi normam in eo secutus est, quod in pluribus vocabulis semivocales non geminavit. Ita *causa*, *paulo*, *belua*, *nile*, *paululum* ubique scribendum; contra *reppulit*, *repperit*, *rettulit*, *quattuor*, *littera* in optimis codd. est. Etiam *opportunus*, *opulentus* saepissime expressa, quae cum etiam apud alios scriptores legantur, videndum, annon altera scriptura cum geminatis consonantibus omnino deserenda sit. In verbis compositis plurimum etymologiae tribuit; in aliis pronuntiationi, quae tum erat, cessit.; v. c. *inpono*, *inportunum*, *inprimis*, *inlustria*, *inpiger*, *inmaturus*, *inrumpere*, *conplexu*, *conplures*, *conloquium*, *adflicti*, *adrogant*, *adtendo*, *adlicere*, *inliceret*, *inbecillus*, *obmitto*, *obpugnatio*. Etiam *dicio* et *condicio*, quae passim leguntur, ad etymologiam conformata esse videntur. Contra scribuntur, ut pronuntiantur: *temptare*, *sumptus*, *execrari*, *secuntur*, *relicum*, *cocus*, *cotidie* vel *cottidie*, *exuperat*, *exilium*, *quicquam*, *nequicquam*, *expectare*, *optinet*, *extinctor*, *extinguendi*, *dextera*, *exequitur*, *cocleas*, *adicere* (Cat. 20.), quam lectionem omnes boni Codd. confirmant. De *c et g* litteris cfr. Schneid. de El. L. L. I. p. 235. Multa ex his, immo ex superioribus nonnulla, haud dubie apud ipsum Ciceronem restituenda sunt. Sed in Salustio majore

cum cura examinanda, ne totius orationis color mutetur. Praeterea et *Gajus* et *Gneus*, etiam ubi notis scribuntur, ubique *G.* et *Gn.* expressa sunt, contra Quinctiliani praeceptum Inst. Rhett. 1. 7. 28. cfr. Schneid. l. l. p. 232. sqq. *K* littera non solum in *Karthag.* et *Kal.* legitur, sed etiam in *Karum* Jug. 10. C. Paris. a. quod antiquitus ita scriptum esse, testis est Terentius Scaurus p. 2252. ap. Schneid. l. l. p. 293. Quinct. l. l. I. 7. 10. Orellii Inscriptt. Lat. T. II. Ind. s. v. In Declinationibus et Conjug. non ita multa mutasse videtur Salustius. Nam Gen. Sing. in *as* Declin. 1. falso ei Asperum tribuisse, supra docuimus 122). Immo ne *familias* quidem dixisse videtur, quod Cat. 43. *filii familiarum* scripsit, quae forma, Sisenna judice, ab iis solis erat usurpanda, qui *familiae* num. sing. dixerant; praeterea notanda *vespera* H. 2. 20. nominativi forma parum solita: *obsequela*; *insidia* num. sing. H. 3. 27. *prosapia* J. 85. voces Plautinae vel Catonianae. In Decl. II. formae genitivi *i* pro *ii* haec exempla notavi: *Manili*, *Mari*, *Memmi*, *Volturci*, *Fulvi*, *Persi* (sed de hoc v. infra), *Pompei*, *aerari*, *consili*; quibus admodum probabile fit, hunc genitivum ubique uno *i* esse scribendum. Quam conjecturam firmant terminationes, *dis*, *is*, *isdem*, pro *diis*, *iis*, *iisd.*, quae saepius occurrunt. Gen. plur. *duum* J. 50. adde nomina cum terminatione parum usitata: *cognomentum* H. 4. 1. *delinimentum* 1. 15. *turbamentum* ib. *dehonestamentum* ib. et inc. 65. *hortamentum* J. 98. et genus in *vulgus* et *forum* mutatum. cfr. J. 69. 73. H. I. 52. III. 21. et vide similia apud Tacitum; Wernicke de Eloc. Tac. p. 34. In tertia declin. plurimum turbae movet accus. plur. in *is* desinens, quam formam apud Salustium frequentissimam esse, omnium Codd. testimonia comprobant. Sed in nulla re major librorum Mss. discrepantia; ipsi enim optimi Codd. sibi non constant, neque semper

---

122) Supra docuimus. cf. Vol. II. P. II. p. 104. ad l. 10. Lib. IV. Fragmm. Castella, custodias thesaurorum; vox custodias enim pro genitivo vulg. accipitur.

lem ejusdem vocis terminationem tuentur. Initio enim in
ibus fere libris rarior est haec terminatio, sed in fine fre-
ntior. Quare ex solis Mss. haud facile recte scribendi nor-
ı invenias, sed Grammaticorum antiquorum testimonia ac-
ınt necesse est. Sed haec quoque accuratius examinanda.
ıculi enim sunt Servius ad Aen. I. 112. et Don. p. 1750.
omnium vocum, quae gen. plur. *ium* faciunt, accus. *is*
bi volunt. Neque tamen defuere nostra aetate, qui tam
lsa praecepta repeterent. In plurimis enim non ab geni-
in acc., sed ab acc. in genitivum valet consequentia. cfr.
ris. 28. 29. Priscian. 776. Accuratius Asper praecipit, idem
Commentaria in Salustium conscripsit, ap. Charis. p. 113.
genitivus plur. litteram *i* natura retineat, eandem in acc.
. esse retinendam." Sed haec quoque parum certa. Immo
. L. perspicere licet, maxime ad aurium judicium ipsum
stium haec conformasse, ita ut recte dixisse videatur Cos-
ius p. 2040.. „Sed in hoc quoque sequenda euphonia est;
aque enim ex omnibus istis regulis consuetudine cernimus
ıta." Quocum facit J. Vossius, qui de A. Gr. Lib. V. c.
p. 240. ita de hac re praecipit: „nimirum existimo, ve-
s adtendisse soni jucunditatem, et *es*, *eis* vel *is* dixisse."
d cum in ceteris scriptoribus probabile sit, tum maxime
alustium quadrat, qui in oratione limanda atque expolienda
ilissimus dicendi artifex fuit. Haud dubie enim initio, cum
cc. plur. ipse pronunciandi sonus esset incertus, et inter
. *i* fluctuaret, terminationes *es*, *is*, *eis*, promiscue usurpa-
ur, cfr. Colum. Duil. et Noris Cenotaph. Pis. quae duplex
bendi ratio vel Ciceronis aetate apud scriptores parum di-
ntes usitata fuisse videtur cfr. Varro L. L. VII. 37. Cha-
p. 104. s. v. *ferocεis*, *ferientium*. Goerenz. Praef. ad
. de Legg. p. XI. Postea in nominibus, quae nominativum
genitivum similes faciunt, praeterea in subst. et particip. in
et *rs* et adject. in *er*, terminatio in *is* frequentior facta
. Charis. p. 28. 69. 111. s. v. *monteis*; Prisc. 774—76.
ıcis vocibus exceptis, de quibus vide Charis. p. 68. 104. s.

v. *fonteis*, *funes*; in ceteris, quamvis genitivum pluralem in *ium* terminarent, in accusativo pl. rarior *is* fuit. Prisc. 776. Sed omnes hae regulae, quas ridiculas dicit Charisius, ab optimo quoque scriptore et euphoniae legibus et consuetudini postponebantur. Salustius igitur vel terminationibus *es*, *eis*, *is* orationem variavit; cujus rei exempla vide apud Charis. p. 113. Non. Marc. 8. 50.; alia Ursinus ex Codd. laudat. cfr. Vol. I. Praef. p. XI. notandus etiam acc. plur. *vis* H. 3. 4.

Aliae terminationes minus solitae sunt: Gen. sing. in *i* *Ariobarzani* H. IV. 12. Cod. Vat. a. adde Gen. *Persi* H. I. 6. Erat enim utendum Prisciani (17. 21. 85. Ed. K.) Servii (ad Aen. I. 30) et Valerii Probi (p. 1468.) judiciis, qui hanc formam pro *is* dictam putant, neque probabile est, cum Salustius *Persen* H. IV. 12., ablativum *Perse* formaverit Cat. 57., eundem Gen. *Persi* ex secunda declinatione repetiisse. cfr. Prisc. VI. c. XI. p. 259. Ed. Kr. et Schneid. p. 320. qui parum diligenter Valerii Probi judicium 1486. impugnavit. Adde gen. plur. *Saguntium*, quem vide inc. 28. cui respondet forma nominat. singularis *Taguns* inc. 142. et *Acheruns* ap. Plaut. Capt. 5. 4. 2.; Schneid. l. l. p. 122. 183. Praeterea gen. plur. *Volcanalia*, *Volcanaliorum* H. 3. 13. 14. In nom. sing. saepius *os* pro *or* dictum fuisse, testis est Val. Prob. 1467, et *labos*, *honos*, *colos*, *odos* Codd. confirmant. Antiquitatem quandam redolet etiam nom. in *udo*, *claritudo* J. 2. Ita etiam *necessitudo* pro necessitate dictum C. 17. 21. J. 19. *plebes* et *plebei* pro *plebs*, *plebis*, *plebi* a Salustio dictum fuisse, et Priscianus testis est VI. 11. 256. et Codd. confirmant. Abl. *fini* H. 2. 28. Quartae declinationis Genitivus in *i* occurrit in formula *senati decretum* cfr. C. 53. H. 5. 9. Donat. ad Terent. And. 2. 2. 28. etiam *tumulti* C. 59. dictum fuisse auctor est Non. Marc. 8. 50. Sed in Codicum silentio plura exempla addere lubricum. De dativo in *u* cfr. J. 6. *luxu* et Comm. p. 223. et H. inc. 65. *usu*. Occurrunt tamen *usui* C. 31. 32. 38, *quaestui* 24. *magistratui* 29. et Prisc. 7. 18. p. 352. solis poetis metri causa hanc terminationem usurpatam fuisse statuit.

n quinta decl. Genitivum in *e* fuisse contractum exemplo sunt *lie* J. 97. 52. *acie* H. I. 67. quae Codd. auctoritate confirmantur et Gellii testimonio 9. 14. „Ego quoque in Jugurtha ialustii summae fidei et reverendae vetustatis libro *die* casu atrio inveni scriptum." Sed ne haec quidem terminatio reipienda, ubi Codd. non addicunt; quae enim alii loco coneniunt, ab alio aliena sunt. Denique notanda defectiva *inultu* C. 55. J. 2. et *diu noctuque* H. 2. 27. cfr. J. 44. 70. 'raeterea aliquot nomina in plur. numero occurrunt apud Salstium, quae apud ceteros scriptores rariora sunt, cfr. *saevitae* H. I. 8. *paces*, *luces* inc. 50. 189. *res familiaris* acc. pl. . 9. *famas* inc. 10. *loci muniti* J. 97. Graeca vocabula, quod ttinet, multas terminationes integras servavit Salustius. cfr. *amisos*, *Tharros* H. inc. 48. 49.; *Calchedona* H. 4. 12. '*ersen* ib. *Catabathmon* J. 17. 19. *Aethiopas* ib. 19. *noıados* ib. 17. (Cod. Par.) Antipodas H. inc. 164. *Samothraas* H. 4. 12. *Philenon*, *Thereon* gen. pl. J. 19. In aliis a Graecis discessit. cfr. H. 5. 10. *Minonis* (ita corrigend.) pro Grae› *Μίνωος Minois*, *Aenus*, cfr. Prisc. 6. 13. p. 265. Ed. Kr. ›d in his quoque antiquiorem scribendi rationem secutus est. a *Cabera*, *Mauretanea*, *Seleucea* optimi Codd. exhibent; nmo ne graecis quidem literis *y* et *ph* in barbaris et Latinis ›cibus usus esse videtur; nam in Codd. Parisinis *sufacem*, ; in Vaticano a. *triumfos*, *Sulla* in optimo quoque libro, scrium est. Neque aliter antiqui, qui *Suria* pro *Syria*, *Burius* pro *Pyrrho* dixerunt; *faselus* enim vulgo pro *phaselus* gitur. Quare haud dubie *incluta* h. 4. 12. legendum, et de, annon etiam *Sibullina* C. 43. emendendum sit. cfr. Orellii iscriptt. Latt. Indic. s. v. Praeterea sunt aliquot vocabula, quonm vel usus proprius Salustio, vel significatio mutata est. Ita *egotium* ut graecum *πρᾶγμα*. vide Ind. et J. 72. *tempestas* ro *tempore*; *antiquitas* i. e. cura inc. 32. *secus* i. e. sexus om. et. acc. H. 2. 41. *satias* h. 3. 12. *artes* (bonae vel mae) graece *τρόποι*; substantiva in *or* saepissime usurpata: *onsultor* J. 64. *conditor* 89. *simulator* et *dissimulator* C. 5.

agri, pecoris, belli *cultor* J. 54. *moderator* h. I. 15. sui *cultor* H. 4. 19. *victor* 63. *repertor* 4. 12. nonnunquam adjective: *contemptor animus* J. 64. *victor exercitus* J. 58. cfr. Wern. l. l. p. 20. ita etiam *mulier ancilla* J. 12. cfr. Serv. ad Aen. 1. 413. saepiusque *hostis* pro *inimicus* dictum. J. 10. 81. 83. Sed studium multa una verborum complexione comprehendi facit, ut in universum saepius multa substantivis exprimat, ubi alii verbis utuntur: v. c. J. 7. „ *qui tum Romanis imperator.* — *Qua illi descensus erat* C 57. *Qua regis adventus erat* J. 59. *Cujus rei species erat acceptio frumenti* J. 29.“ Unde etiam factum, ut plura substantiva solis praepositionibus inter se jungeret v. c. „*facinus contra jus belli* J. 91. *pars civium extra moenia in hostium potestate* ib.; *servi ex loco* H. inc. 167. *fama de Cassio* J. 32. *haud absimile*: *omnia retinendae dominationis* H. I. 15. *suae cuique sedes* ibid.; *super terga gladii et scuta* J. 94. *possessiones ex bonis* H. 1. 15.“ quod et ipsum Graecum est, quippe ubi totae sententiae articulo proposito formam substantivi accipiunt. cfr. similia apud Plautum in Parei Lex. lit. p. periph. verbi, et Matthiae Gr. Gr. §. 279.

Adjectivorum formae rariores sunt *decores*, *dedecores* H. 3. 7. 8. *semianimus* inc. 167. *opulens* J. 69. *discordiosus* 66. *tumulosus* 91. *ceterus* 92. 62. 73. Cat. 59. *inquies* H. I. 5. *plerusque* 54. *sublimus* 3. 20. *vorticosus* inc. 127. *virgultus* ib. 152. *luxus* ib. 163. Praeterea comparativi saepius adverbiis *magis* et *maxime* additis formantur. 31. *illustria magis magisque in aperto* J. 5. *maxume longus* C. 1. *majora et magis aspera* 89. *multo maxime miserabile* 36. *m. validus* J. 6. cfr. 14. p. 96. *magis om.* C. 9. Comparativo ablativus *modo* ad ejus notionem illustrandam additur *impensius modo* J. 47. 75. superlativo *imprimis* 6., cujus adverbii fere eadem vis est, quae genitivi *omnium* et ap. Cic. *cum primis* Brut. 62. cfr. similia apud Graecos. Matthiae Gr. Gr. §. 461. alia insolita in constructione comparativi vide in Ind. s. v. *amplius*. Caeterum comparativum et superlativum περιφραστικῶς exprimere, antiquioribus maxime scriptoribus usitatum fuit; vide innumera

exempla apud Plautum et Terentium. Nonnunquam passivam significationem adjectivis tribuit: *ignarus*, *incertus*, *incautus*, *ingratus* cfr. J. 18. 52. 49. C. 33. H. inc. 122. Sed saepissime, ut apud Thucydidem et Platonem, adjectiva substantivorum vim habent, *mortales* saepissime pro homines, — *boni*, *sapientes*, *pessimi*, *stultissimi* H. I. 19. init. *alieni* J. 10. *sacrilegi* 14. *impudicus* C. 14. *vectigales* H. I. 19. *aequi bonique* J. 85. *flagitiosorum postremus* H. I. 19. cfr. 4. 12. *servorum postremus*, *novi atque nobiles* J. 8. *agrestes* 73. *veteres novique* 87. *proxumi* 80. 97. *externi* H. I. 15. *boni ignavi* J. 57. *ignavi* C. 51. *humillimi* J. 96. *mortalis* sing. 72. *sacra profanaque* 11. *suum*, *alienum* 5. *immoderata*, *nimis alta*, *incredibilia* C. 5. *mediocria* J. 89. *joca atque seria* 96. *militaria* 80. *proxuma* H. inc. 224. *difficilia* J. 93. *advorsa* 104. inc. 72. *nefanda* inc. 27. *divina*, *humana* H. 4. 12. et saepius alibi; *vera et honesta* H. 3. 22. *virilia* ibid. *solita* 3. 13. *carissumum* 3. 15. *aequum bonum* H. I. 19. *bonum honestum* J. 8. 82. *majora et magis aspera* 89. *digna* 62. *advorsa*, *secunda* h. 2. 40. *divorsa* 3. 2. *indigna vobis* 3. 17. *verum* J. 16. 35. *vera* H. 4. 12. *alia aquae idonea* J. 75. *honesta atque inhonesta* 80. *sua necessaria* 14. 73. *sua omnia* 86. *utilia* ib. 3. 17. *magna atque mirabilia* J. 63. *magna et egregia* 10. *quieta movere* C. 21. *incerta*, *certa* 20. *justa* J. 11. *hostilia* 3. 107. *nihil hostile* 91. *illa multo optuma reipublicae* 85. *nihil languidi atque remissi* 53. *nihil remissum* 88. *nihil pensi* C. 12. *oppido propinqua* 89. *proxuma terrae* 78. *praerupti montis extremum* J. 37. — *aetatis* 90. — *diei* 21. *plerumque noctis* 21. 98. 109. *summum montis* 93. *laeva moenium* H. 2. 12. *reliqua cadaverum* 3. 10. *certaminis advorsa* 3. 22. *cava terrae* inc. 26. *Italiae plana ac mollia* inc. 98. *longinqua oceani* inc. 135. *humi aridum atque arenosum* J. 46. *mille passuum* 68. *multum diei* 51. — Quantum haec dicendi ratio conferat ad orationis perspicuitatem et evidentiam augendam, non est quod moneam.

Adjectiva pro adverbiis ponuntur. *Gravior accidit* J. 88. *laetus decrevit* 84. *multus et ferox instat* ib. *profugi disce-*

dunt 56. *divorsi agebant* 55. C. 2. *quietus exornat* 52. *aspera foedaque evenerant* C. 26. *prospera eventura* J. 63. *varius incertusque agitabat* 74. *laeta agit civitas* 55. *orae praefuit contrarius piratis* H. inc. 175., *intentior niti* J. 55. *boni honestique vitam exigunt* 85. *reliqua secreta transigit* 29. *omnia prospera cedunt* C. 52. *magnum atque late imperium valuit* J. 5. *volentes poenas pendunt* 76. *multus adest* 96. *divorsi redeuntes* 101. *lubens accepit* 104. *citi se ostendunt* 101. *obvius procedit* 113. *mirum quantum animi exarsere* H. 2. 53. *immensum* H. 3. 14. *incertum* 4. 18. *per incertum* 4. 1. *acre* 4. 27. *incassum agi* 3. 22. *quam paucissumis dicam, absolvam* J. 17. C. 4. *caetera egregius* H. inc. 188. Contra saepius adverbia pro nominibus, adjectivo vel substantivo ponuntur, quod antiquiori sermoni usitatissimum cfr. Parei Lex. Plaut. s. vocc. *parum, satis, nimis, bene, male, probe* etc. v. c. *abunde libertatem rati* H. 3. 22. *abunde parentes habemus* J. 102. *abunde sunt mala* C. 21. *quid boni utrisque aut contra* J. 85. 88. C. 20. *quid ultra* H. I. 15. *frustra est* H. I. 15. J. 7. 112. *tam* i. e. *tantam* J. 31. *supra petere* 24. *pauca supra repetam* 5. cfr. *supra ea* C. 3. *amplius domos* 20. *parum dicere* 19. *juxta aestumo* C. 2. *obviam esse* H. 2. 5. et Charis p. 187. ubi Asper: „vetuste adverbio maluit uti quam nomine.“ *Laxius licentiusque futuros* J. 87. *nisus facilius foret* 94. *tutius esse* 14. *magis* i. e. *plus pollebat* 41. *multo ante labore* 76. plane ad Graecorum morem cfr. Bernhardy Synt. p. 337. Matthiae §. 308. 604. Forma adverbii insolita *audaciter* II. 2. 36.

De pronominibus haec memoratu digna videntur. Primum Dat. et Abl. *is, quis, quisque, isdem* J. 14. 18. 54. et saepius alibi; gen. sing. *nulli* pro *nullius* C. 29. et Comm. ad h. l. *qui* pro *quis* C. 44. praepositiones cum pron. *is* ut *praeterea* junctae; *ob id* H. I. 19. *supra ea* C. 3. *secundum ea* J. 14. *contra ea* 85. 57. *ob ea* 39. 97. 108. adverbia loci: *ea, qua* cfr. C. 37. 57. J. 59. 38. 37. 50. *eadem* 93. 94. *ad hoc*, quod vim adverbii habet J. 17. 21. 26. 30. 31. 85. 89. 96. 102. 111. C. 37. 44. *eo* pro *ideo* positum

20. 21. etiam *quo* cfr. C. 1. J. 102. *quo* pro *cum* positum J. 32. *quo se populo* etc. ita ut facile quis conjiciat, *quom* vel *quod* a librariis in *quo* fuisse corruptum J. 22 31. *quo* pro *ut* C. 11. *non quo* 34. *quisquam* adjective positum J. 72. cfr. Tac. Germ. 8. *aliquid falsum* C. 52. quo magis mirandum, quod genitivus pronomini additur, ubi proprie praedicatum est. cfr. J. 88. „*quid boni utrisque vel contra esset.*" *nihil reliqui victis fecere* C. 11. *Estne viris reliqui aliud* H. I. 15. p. 217. *quid reliqui habemus* C. 20. vide infra de Genitivo. Ceterum neminem fugit, Salustium saepius pronominibus demonstrativis quam relativis usum esse; id quod abrupto dicendi generi, quo utitur, optime convenit. Sed ipsum pron. demonstr. saepius ab eo omittitur, ubi ex antecedentibus suppleri potest, etsi eo durior fit oratio. cfr. J. 72. 1. 58. 83. 104. 109. 92. 95. 97. C. 58. 9. 13. 15. v. c. *maximum est periculum, qui maxime timent* (scil. eorum); vide innumera exempla infra, ubi de verbis absolute positis agendum est. Immo pronomen omittitur, ubi verbum adpositum diversum casum regit C. 13., *quas habere — abuti* 51. *imitari quam invidere bonis malebant*, vel ubi in antecedentibus nulla personae est significatio, ejusque notio ex tota oratione est colligenda cfr. J. 46. *et insidiis locum temptare* et Comm. ad h. l. Ceterum alia quoque pron. omittuntur. cfr. C. 58. *advorsa fient* (sc. nobis), J. 24. *subigit* sc. *me*, *dehortatur* ib.. *se* C. 31. J. 109. 76. 104. cfr. C. 17. 31. 36. 35. J. 14. extr. 30. Sed pron. *is* maxime vim suam tuetur, ubi relativo oppositum est. J. 20. *is*, *quem*, 17. *eas gentes*, *quibuscum*, C. 51. init. *sed ea malo dicere* 37. *omnes-quos-ii*; vel ubi pro *talis* ponitur; *ea familia ortum* 31. *eos mores eamque modestiam* 51. maxime ubi relativum antecessit, vel alia, quibus ejus notio accuratius definitur cfr. 51. *ea populus laetari — sed ea res.* ib. *ea bene parta*, ib. 14. *si ea fecissem* 17. *de iis* etc. C. 20. *ea demum* cfr. 37. 40. bis 51. 52. ubi cum vi quadam participiis additum etc. Sed ubi oratio assurgit, acrior et vehementior fit, *hic* pro *is* ponitur; cfr. J. 18. ubi quater

repetitur C. 35. 36. 23. 25. 20. 14. 10. 5. 16. 22. 26. 45. 39. 41. J. 14. *has, quae* 23. *ex his, qui.* Ceterum in deterioribus libris *hi* et *ii, his* et *iis* saepissime confunduntur, quae corruptela aliquoties vel optimos libros invasit. Sed in universum *hic* vim suam retinet, ut personae vel rei notionem ad scribentis vel loquentis personam referat; cfr. graecum ὅδε et Bernh. Synt. p. 278. quo dicendi genere vehementiore animi impetu commoti utuntur, vel qui accuratius loqui student. Pron. *ille*, quod et ipsum apud Salustium est usitatissimum, personae vel rei notionem cum vi quadam revocat, sed non ubique ad omnium conscientiam refertur; cfr. J. 51. *neque illis castra esse — debere illi* 64. — *quod illi* — 65. *illum regem* etc. C. 26. *insidias parabant Ciceroni. Neque illi* i. e. (qualis vir erat) *tamen* cfr. 51. *illum — illos dubitando* 43. *ut illi* J. 96. *ex illis* 16. etiam ipsi subjecto praeponitur 45. *Illi homines militares*, ita: *ille alter* J. 13. 16. 72. 95. quae omnia non iis explicantur, quae vulgo Grammatici de hoc pronomine praecipiunt cfr. Ramsh. §. 152. 2. f. 204. 3. 6. sed ex Salustianae orationis ἐναργείᾳ repetenda sunt.

Verba. Formae minus usitatae hae sunt. *Scilicet* i. e. scire licet. J. 4. 113. H. I. 19. *quaesitur* 4. 12. *quaesere* inc. 39. *comperior* J. 54. *agnoturum* H. 2. 31. *juvaturum* J. 47. *occanuerunt* h. 3. *abnuituros* H. I. 36. *senectus* part. 4. 2. *nequiens* inc. 167. *requietus* part. 153. *accerso* et *accersire* H. 4. 4. J. 40. 43. C. 60. *poenitens* H. I. 23. *circumlavit* 2. 2. *calvi* inf. pass. 39. *claudit* 3. 22. fin. inc. 77. *densere* inc. 242. gerund. passive J. 62. de *neglego* et *intellego* vide supra; *nonquit* est in Vat. a. — Saepius frequentativis usus est Sal. *ostentare* J. 6. 66. 85. 89. *objectare* 6. H. I. 15. *ductare* J. 38. 70. C. 11. 17. *dicitare* 22. *occursantes* J. 85. *defensare* 26. 60. 97. *exercito* 40. H. I. 15. *adventare* 53. 99. *pollicitari* 16. *prospectare* 60. *negitare* 111. *sustentare* H. I. 19. *afflictare, rogitare* C. 31. *exagitare, agitare.* 14. J. 63. Participia pro substantivis posita, ita tamen, ut suam naturam non plane exuant, cfr. J. 71. *sua fideliter acta — inter haec pa-*

rata atque decreta. C. 43. *ea feliciter acta*. J. 55. *ea bene parta* C. 51. *mandata, praecepta* 14. 94. H. I. 19. *aliena bene parata* H. I. 15. *ad requisita naturae* inc. 91. *prava incepta* H. I. 19. *gignentia* J. 79. 93. *omnia non bene consulta* 92. cfr. 11. *promissa* 93. 12. *illis dolentia* J. 94. *post futuri* H. I. 15. *volentes coacti* J. 102. *merentes* 100. *parentes* i. e. ὑπήκοοι 87. *legati a Boccho* 102. *sanguine conjuncti* 10. *convicti judiciis et judicium timentes* C. 14. — Particip. pro adjectivis *obediens*, *indigens*. C. 1. *sciens* vide Ind. *pollutus* J. 15. *placitus* 81. *metuens* 20. *cupiens* 84. *volens* saepius, vide indicem. Part. vim adverbii habet in multis verborum juncturis cfr. 44. *certantes agere praedas* 52. *festinans pergit*, 57. 58. *properantes arma capiunt*. Participio perfecto aliquoties eadem vis inest, quae adjectivis in *bilis* desinentibus cfr. *incorruptus* J. 2. *infectus* 76. *indomitus* H. I. 5. *invictus* J. 43. *coercitus* 91. Part. porf. Verb. Dep. passive ponuntur C. 7. *adeptus* J. 102. *moderata* 73. *enisum* 25. *interpretatum* 17. *machinatus* C. 48. H. 2. 37. *mercatus* H. 5. 4. adde *ulcisci nequitur* J. 31.

Sed saepissime verba activa absolute usurpantur, maxime pronominibus omissis, *vertere* et *convertere* saepius vid. ind. *mutare* H. inc. 17. *auxisse* H. I. 19. *incitare* C. 5. *facere* 3. 8. *parare* 6. 13. *hortari* 5. 58. J. 60. *monere* 60. 64. *admonere* C. 5. *invadere* 2. 7. 10. *trahere* ib. *temptare* 6. J. 47. *ignoscere*, *persequi* C. 9. *implere* et *mercari* J. 47. *abuti* C. 13. *persuadere* J. 61. *fallere* 56. *adpetere* 63. *petere* 64. *moderari* 45. *propulsare* 51. *instare* ib. 98. 84. *frustrari* 58. *tegere* C. 58. J. 97. *insequi* 51. *incessere* C. 7. *constituere* J. 66. *animo gerere* 72. *decernere* 73. *retinere* 79. *delinquere* 85. *imperare* ib. *gerere* ib. *temperare*, *reticere* ib. *providere* 90. H. I. 15. *confidere* 13. *poenitet* 104. *accidere* 107. *prolatare* H. I. 15. *prohibere* H. 4. 12. *obviam ire* H. I. 15. *circumvenire* J. 97. *oratum mitto* 24. *praetereundum puto* 4.

Sed mira est Salustii ars in temporibus verbi componendis; qua quidem re vel maxime inter ceteros historicos excel-

lit. Ad quod dicendi artificium accuratius examinandum pauca de infinitivo historico dicenda sunt, cujus ratione perspecta, quam legem scriptor in temporum ordine secutus sit, facile intelligas. Qua de structura quamvis nuperrime duo viri docti accuratius egerint, tamen non supervacaneum duxi, quae apud Salustium animadverti, paucis exponere. Primum quidem satis constat, Inf. hist. poni, ubi, omissa accuratiore temporis, numeri et personae notatione, in universum aliquid fieri vel in statu aliquo esse dicitur: quae autem ratio inter plures actiones vel rei cujusdam mutationes intercedat, ejus rei nulla in hoc modo est significatio. Propter hoc infinitum dicendi genus proxime ad substantiva verbalia, quae dicuntur, accedit, sed tamen vim verbi retinet. Igitur admodum conveniens est in plurium actionum enumeratione, quae quomodo inter se connexae sint, accuratius explicare nolumus. Id quod est vel hominum, qui vehementiore animi impetu abrepti, multa simul effutiunt, vel eorum, qui varia cujusdam hominis studia enarrant, quomodo res aliqua gesta sit, accuratius per partes exponunt, variasque rerum qualitates enumerant. Nam in his omnibus illustrandis non id agimus, ut quomodo alterum alteri connexum sit, doceamus, sed ut legentes audientesque ex varietate rerum ipsi animis status cujusdam vel hominis imaginem fingant. Cujus rei luculentum vide exemplum: C. 27. *Interea Romae multa simul moliri* etc. quo loco non modo studiorum varietas, sed etiam hominis festinatio optime infinitivo h. exprimitur. C. 6. *M. Romani* sq. 11. *rapere omnes* etc. adde J. 12. fin. 39. 43. 50. med. 57. et inprimis 51. et 101., ubi verba: *facies totius negotii varia* et *spectaculum horribile* satis ostendunt, quid sibi velint Infinitivi. Cum igitur saepius actionum varietas, vel subitae rerum mutationes infinitivo h. exprimantur, facile est intellectu, cur nonnulli hujus structurae rationem unice ad commotioris animi affectum retulerint, qui Ramshornii error est. §. 186. Sed non minus frequens ejus est usus in rerum descriptione, ubi quae antea generaliter erant enuntiata, accuratius explicantur. Infinit. enim

non tam rei enarrandae quam illustrandae inservit, modumque agendi explicat cfr. J. 37. fin. et 38. init. cfr. C. 21. 14. *Nam ut* etc. 16. init. 17. init. 20. med. 24. 25. 31. 48. 60. J. 64. 82. quo in genere fere imperfectum praecedit vel sequitur, quippe quo aut id, quod explicandum est, proponitur, aut singulorum enumeratio generaliori sententia clauditur. vide l. l. et J. 7. 15. 20. fin. 30. 33. 36. 38. 41. 45. 46. 47. 64. 66. 67. 92. 94. 96. 100 et 60. ubi imp. praecedit et sequitur; 97. ubi iterum imp. et initio et fine orationis est, et infinitivis optime exercitus trepidatio et pugnarum vices illustrantur. 74. 105. Infinitivis perfectum praepositum J. 6. 72. 73. 84. idem sequitur 45. vel praesens 58. 69. 70. 79. qua ex re intelligetur, quam falsi sint, qui rem gravissimam quamque Infinitivis h. exprimi putant, cum fere tota haec verborum structura versetur in illustrandis, quae proposita sunt. Interponuntur enim potius tales rerum descriptiones narrationis exornandae atque illuminandae gratia, sejunguntur a perpetua rerum graviorum narratione. Quare scriptor, ubi alicujus rei tempus non accuratius distinguit, vel in universum aliquid leviter tangit, nonnunquam infinitivo h. usus est; cfr. J. 75. fin. 83. fin. 89. init. 37. ubi in apodosi est. Saepius inf. h. cum aliis temp. jungit, ubi vulgo putant eum promiscue temporibus usum; cfr. C. 21. „*ad hoc maledictis increpat omnis bonos, suorum unumquemque nominans laudare, admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suae.*“ — Sed sua cujusque temporis ratio constat; *increpat* rem tanquam praesentem enarrat, *laudare* rationem vituperationis, cui opposita erat suorum laudatio, luculentius describit; *admonebat* actionem saepius repetitam, sed ita ut magis ad singulos referatur, exponit; dissimilis ratio loci in J. 32. esse videtur. *Fuere qui auro corrupti elephantos Jugurthae traderent; alii perfugas vendere, pars ex pacatis praedas agebant*, ubi tantum orationis variandae causa Perf. cum Inf. et Imperf. junxisse eum putaveris. Sed incipit narrationem perf., tum celerior orationis cursus ad descriptionem declinat (inf. h.), sed ipse se revocat

auctor ad remissius dicendi genus (Imp.). Sed talia facilius sentias, quam enunties. Neque praesens h. cum infinitivo h. confundendum; documento est J. 23. init. ubi, quo intentior fieret oratio, praesente usus est, tum ad rem illustrandam inf. adhibetur. cfr. J. 87. semel ponitur inf. C. 28. Sed ibi facile explicatur, quod res ita erat comparata, ut per aliquod tempus duraret. cfr. 86. 30. Ita quoque explicandus est locus in Cat 31. fin., ubi duo infinitivi in apodosi sunt. Notanda temporum compositio J. 91. initio, ubi primum plusq. deinde imp. tum inf. h. denique part. perf. et infra perf. praesens et inf. h.: haec omnia scite inter se composita; *distribuerat* dictum, quod hoc antecesserat, *curabat*, quod haec actio ad priorem refertur; *lenire*, *parare* modum agendi declarant, *effecta* priorum consequentiam continent. Part. perf. aliquoties cum inf. h. junctum, quod et part. et infin. nominis naturam accipiunt, ita ut tales propositiones recte cum nominativis absolutis componantur; cfr. J. 38. *vis magna hostium* etc. 105. *intendere*, *timor* etc. Ceterum memorare non attinet, infinitivum hist. non omisso *coepit* esse explicandum, cujus structurae vide exempla apud C. 38. 51. J. 20. 41. 62.

Sed ut in universum temporum usus atque compositio, quae apud Salustium est, recte intelligatur, hoc tenendum est, res gestas cum summa ἐναργείᾳ ab eo exponi, ita ut geri negotium et res ante oculos esse videatur. Non enarrat, sed ostendit et demonstrat, summamque affectat evidentiam et perspicuitatem. Quare regnat, ut ita dicam, in ejus narratione praesens historicum, quod dicitur, cui cetera ita connexa sunt, ut quasi in umbris locata, reliquorum eminentiam adaugeant expressioremque reddant. Sed ne semper idem tenor orationis sit, accedit in ipsa temporum compositione summa varietas. Itaque praesens historicum cum praes., imp., perf., part., praet., plusq., et inf. h. multifariam conjungitur. Simplicissima quidem est ratio, ubi tempus praesens cum solo praes. componitur; primum in protasi, et apodosi. cfr. J. 69. 80. 86. 104. ubi *postquam* praecedit; idem fit saepius in iis perio-

dis, ubi altera sententia alteri subjungitur. cfr. C. 36. *decernit uti habeant* 40. *negotium dat*, *requirat*, — *si possit impellat* 45. *uti facto opus sit*, *ita agant*, *permittit*. J. 54. *hortatur — gerant*. 62. *obtestatur — uti provideat*; *caveat ne consulant* 65. *hortatur*, *uti petat* cfr. J. 25. 26. 33. 35. 103. et Ramsh. §. 193. Sed multo est frequentius, ut praesens, quod temporis historici vices implet, imperfectum sequatur. J. 106. *simul uti noctu profugeret*, *rogat atque hortatur*. 107. *hortatur uti gererent* cfr. 112. 40. *rogationem promulgat*, *uti quaereretur*. cfr. 52. 32. init. et innumeris aliis locis. Quid inter has duas structuras intersit, facile est ad intelligendum; praesens enim ad eum, de quo agitur, referendum; imperf. judicium scriptoris est; illud orationi incitatiori, hoc sedatiori et remissiori convenit; cfr. inprimis J. 49., ubi primum praesens post imp. est positum, et Ramshorn §. 195. 3. a. b. Sed etiam in iis sententiis, quae aliis particulis inter se junctae sunt, summa est varietas, ita ut omnia complecti vix possis. Primum igitur hoc per se patet, imp. et plusq. in omnibus sententiis, quae explicationis causa adjunguntur, cum praesente haud aliter quam cum perfecto componi; cfr. J. 49. 22. 25. *quod ubi secus* etc. 26. 28. Neque minus saepe perfectum praeponitur, praes. sequitur v. c. J. 13. *praecepit expleant* cfr. 28. C. 34. 41. *praefecit eumque edocet* J. 49. 58. *misit*, *eumque obsecrat*, et ita saepissime, ubi narratio paulatim in demonstrationem transit. Contrarium minus usitatum; cfr. J. 23. fin. *efficiunt*. Quamvis enim vix fieri posse videatur, ut perpetuitas orationis per sola praesentia continuetur, flumenque verborum in perfecto clausulam numerose et iucunde cadentem habere videatur, saepius tamen in sequenti propositione perfectum ponitur; cfr. J. 64. *Postquam dixit — flectitur — respondit* 73. *mandatur — et postea jussit* 76. *corrumpunt et — pependere*, 84. fin. contra 74. *proelium incipitur*. *Qua in parte rex pugnae adfuit*, et ita saepissime. Imperfecto et plusquamperfecto ita usus est Salustius, ut ubique propria eorum vis retineretur. Sed eo ceteris scri-

ptoribus differt, quod accuratius singula temporis momenta distinguit, et quae aut simul aut ante acta sunt, temporibus, quibus convenit, designat: id quod multum confert ad varietatem et evidentiam orationis augendam; cfr. J. 86. *placuerat*. 88. *fuderat*, *exuerat*, *miserat*. 89. *gerebat*, *memorabatur*. 91. *distribuerat*, *curabat*. 92. *trahebantur*, 25. *timebat* — *quod intenderat* 28. *haeserat*, *adventabant*, *quae deliquisset*, *sperabat*. 29. *imperaverat*, *agitabantur*; *constituerat*, *agitabatur*. 33. *gesserat*. 50. *coeperant*, *nequiverat*, *fuerat*. 51. *cognoverat*. 60. *remiserant*, *prospectabant*. C. 6. totum caput 7. *arduus erat*, *domuerat*. 9. *ubi pax evenerat*. 10. duobus locis plusq. vim imperfecti habere videtur. cfr. C. 50. J. 70. *soliti erant*; id quod eo firmatur, quod Prisciano teste 9. 10. p. 468. Ed. Kr. plusq. *soluerat* antique dixerat; ipsum imperfectum non uno loco pro imperf. action. ingrediendae positum. cfr. J. 7. *mittebat* 29. *redimebat*; perfectum aliquoties, ut Aorist. Graecus, ut notionem consuetudinis includat, sed propriam vim non plane omittat, cfr. C. 10. *edocuit*. 50. *gravius aequo habuere*. Ceterum per se patet, ne diligentissima quidem exemplorum conquisitione effici posse, ut, quid in omnibus et singulis locis auctor in temporum compositione secutus sit, generalior disputatio complectatur. Sed haec pauca notanda esse duxi, ut et quantum sit Salustianae orationis artificium, clarius perspiceretur, et quam manca et imperfecta grammaticorum sint praecepta, qui saepissime parvum exemplorum numerum eumque ab aliis congestum secuti, conclusionem de maxima orationis varietate faciunt.

Non minus diversus est apud Salustium conjunctionum usus. Ita enim ferebat et ipsius scriptoris ingenium, et historiae, qualem ille mente sibi finxerat, lex, et antiquum, quod affectabat, dicendi genus. Scilicet Salustius, cujus sanum et rectum erat judicium, plane et aperte loqui, quam subtiliter et versute disserere maluit. Quae enim alii multis operoseque conquisitis rationibus evincunt, haec ille excellentis ingenii lumine et velocitate arripuit, omniaque ita enun-

tiavit, ut breviter comprehensis sententiis, quasi oracula edidisse videretur. Ipsi autem historiae, ut testis temporum et lux veritatis recte dicatur, simplex et gravis oratio maxime convenit. Sed antiquioris sermonis id proprium esse solet, ut pura illustrique gravitate magis quam concinna et artificiosa membrorum compositione excellat. Salustius igitur, grandis verbis, creber sententiis, compressione rerum brevis, orationem ita formavit, ut sententiae, nullis vel paucis particulis, inter se aequalitate quadam jungerentur, altera alteram exciperet, explanaret, illustraret. Satis igitur habet, multa enarrare, ut temporis ordo ferebat, quae in oratorio dicendi genere apta argumentorum dispositione inter se conjungenda et coagmentanda fuere. Ita saepissime usus est particulis: *ubi, postquam, tum, dum, interim, dein, dehinc, deinde, post, paulo post, cum interim.* J. 49. *simul* 56. *item, itemque* 19. cfr. 65. *simul et* 20. 24. 25. 56. *praeterea*, ubi *οἱ πραγματικοὶ* qui dicuntur, vel oratorii historici omnia particulis causalibus conglutinare student. Ceterorum exempla laudare nil attinet; passim enim occurrunt; de *simul* et *item* cfr. C. 16. 17. 19. 20. 27. 30. 36. 37. 40. 47. 48. 51. 53. J. 14. 15. 17. 18. 19. 20. 21. 23. etc. Saepius, ut orationem non plane solutam doceret, et juncturam quandam inter periodos intercedere significaret, particula *igitur* usus est, et initio orationis posuit cfr. C. 2. 4. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 15. 19. 24. 26. 27. 28. 30. 40. 46. 47. J. 13. 18. 35. 42. 43. 46. 48. 53. 55. 57. 58. 59. 61. 62. etc. Etiam *ita* satis frequens. C. 1. 8. 28. J. 21. 22. 25. 31. 36. 41. 44. 45. 50. 55. 60. 67. 69. 73. 74. 80. 81. 98. sed differunt; illud enim conclusionem vel transitionem, hoc eventorum consequentiam significat; rarius itaque ponitur C. 20. J. 11. 12. 13. 20. 46. 54. 64. 85. 93. *sic* rarissime J. 65. 68. 90. fin. 94. fin. Saepissime autem oppositis illustrat orationem; qua in re usitatissima est particula *sed.* C. 3. 6. 7. 8. 10. 11. 13. 14. 16. 18. 20. 23. 30. 31. 36. 37. 39. 41. 43. 49. 51. 52. 55. J. 11. 12. 13. 21. 22. 28. 31. 35. 42. 45. 48. 56. 57. 60. 65. 73. etc. Cui particulae non modo locus est, ubi contraria

sunt, quae ponuntur; sed etiam si priora accuratius explicantur illustranturve; quae quidem propria hujus particulae vis est; recte enim Handius Turs. p. 425. „*Sed* non opponit, sed secernit et apponit id, quod distinguendum videtur," nisi quod Salustius multis locis eam particulam usurpavit, ubi *enim* vel alia explicativa p. erat utique usitatior. A notione part. *sed* non ita multum recedit *ceterum*, quod saepius Graecum δὲ exprimit, cfr. J. 13. 14. 20. 46. 48. 51. et Indic., nisi quod clarius significat, addi, quae ad explendam sententiam necessario pertineant. Etsi non omnium locorum eadem est ratio saepiusque a Salustio ibi ponitur, ubi vim copulativae part. habere videtur. Ex ceteris adversativis p. *verum*, *vero*, *autem* minus frequentes sunt. cfr. C. 2. J. 14. 24. 25. 29. 35. 52. 80. 85. *verum enim vero*, qua p. antecedentia oppositis firmantur et graviter asseverantur, paucis locis occurrit. C. 2. 20. *Atqui* rarissimum J. 31. *At*, quod sequentia antecedentibus opponit, sive res ipsa contraria, sive tantum a scriptore contra opponitur (cfr. Hand. l. l.) satis frequens. C. 6. 8. 12. 20. 23. 31. 33. 34. 40. 43. 46. 51. 52. 57. J. 14. 20. 35. 54. 56. 58. Ejus vis augetur *contra* adposito J. 15. 36. Ceterum quod supra in universum de oratione Salustii dictum est, saepius omissis part. sententias sententiis et verba verbis explicari, id saepissime in oppositis animadvertere licet C. 3. 4. 6. 7. etc. talia enim asyndeta regnant, ut ita dicam, in oratione Salustii. Causales p. quod attinet, *nam* et *namque* sunt usitatissimae. Non enim omnia, ex quibus aliquid efficitur, praemisit, sed primum rem pro certa posuit, et postmodo, quae eam confirmarent, adjunxit. C. 1. 3. 4. 10. 15. 16. 20. 23. 26. 37. 38. 48. 51. ter. 52. J. 28. 31. ter. 84. 85. 88. 89. 92. 110. *Enim* et *etenim* rarissima C. 20. J. 85. fin. *quoniam*, quod rem certam et manifestam esse significat, adamatum est Salustio J. 14. 19. 24. 29. 30. 35. 40. 41. 45. 46. 52. 53. 61. 79. 80. 82. 85. 95. 104. c. conjunctivo 107. 111. Or. Lic. Etiam particula *quia* multis locis occurrit J. 16. 20. 28. 35. 80. 83. 84. 97. 107. C. 20. *quod* saepissime C. 15. 16.

}. 19. Sed *cum* minus saepe usurpatum, cum S. non tam : sui animi sensu res judicet, quam ex rebus gestis arguenta repetat; *quippe* non uno loco, omisso relativo, posim est J. 1. 90. 105. C. 19. *quando* cfr. h. fr. 1. 19. Or. h. et 3. 11. Ep. Pomp. Ex concessivis p. saepissime usus t *quanquam* et *tametsi*; et illud quidem omnibus fere locis ndem vim habet, quae in *quamvis* est. cfr. fr. J. 3. 14. 17. :. 33. 37. 38. 39. 43. 44. 53. 75. 83. 84. 94. 107. fr. h. 3. . de *tametsi* cfr. J. 11. 13. 16. 20. 25. 26. 29. 31. 33. 34. c. sequente *tamen* 54. 63. C. 20. 21. *etiamsi* J. 10. 106. *si* aliquot locis pro *quanquam* positum est, *licet*, *quamvis*, acissimis locis occurrunt. Finales p. *ne*, *ut*, saepius postmi, jam supra memoratum est. Id quod etiam in *interea* cidit J. 86. 88. 103. et pronomini demon. *ea* particula *postuam* nonnullis locis postponitur 26. 70. praeterea *quo* saeus pro *ut* positum C. 38. cfr. supra; de *quin* cfr. 37. 53. *on quin* 38. J. 40. Haud raro copulativae p. orationem inpiunt *ac* J. 30. 36. 53. 106. 109. *ac si* 85. *ac tametsi* J. 25. *c primo* 89. *et* J. 35. 42. 62. 73. 85. *Atque* 85. 95. 101. 102. *Neque* C. 26. 31. J. 65. 84. 85. 98. saepius etiam *que* — *que*, *que — et*, *neque — et* sese excipiunt cfr. *meque*, *vosque* J. 85. *meque vobisque* 110. *seque et op.* J. 26. *seque vitamque* 79. *seque remque p.* l. 36. J. 85. *illaque et* 76. 85. *Neque — et* J. 31. *jamque* 98. 101. 106. *etiam* C. 2. J. 21. 64. 80. quod ad totam orationem, non singula verba pertinet. Ceterum copulativas p. saepissime omitti, jam saepius monuimus. Ex conditionalibus nota *ni* saepius pro *nisi* positum, et cum aliis particulis adverbii loco junctum; *nisi quod* J. 89. 95. *nisi quia* 67. *nisi tamen* 24. 100. cfr. J. 31. 75. 27. 77. C. 20. 23. praeterea *nisi forte* saepissime, si quis exponit, quae vel fieri posse negat, vel absurdum esse statuit; cfr. C. 20. h. I. 15. et 19. pluribus locis. Ex comparativis p. notanda *perinde quasi* J. 31. *juxta ac si* 45. quibuscum cfr. *pariter cum* 77. 106. *simul cum* 91. *simul et* 25. *juxta mecum* C. 58. De consecutivis p. jam supra expositum est; hoc tenendum *eo*

11*

saepius pro *ideo* poni, vide supra de pron. Ex interrogativis *an* etiam priore membro interrogationis ponitur, ubi nihil suppleri potest, vide C. 51. med. *an* — *sin* etc. Vide praeterea *postea vero quam* C. 2. 29. *quod si* 14. 39. J. 85. *quod ni* C. 18. *quod utinam* J. 14. — De singulis particulis haec notanda: *tum vero* magna cum vi post participia et ablat. absolut. ponitur C. 61. J. 84. 106. *postremo, denique* non modo in longa rerum enumeratione, sed etiam tum usurpantur, ubi rei cujusdam descriptionem scriptor paucis absolvit. Praeterea notanda orationis varietas in usu particularum *modo — modo* C. 15. J. 23. *rursus — post* J. 55. *interdum — modo* 62. *adeo* C. 37. bis J. 65. 110. 111. *porro* in oppositis J. 25. *neque solum — sed omnino* C. 37. *prorsus* 16. 15. 23. *jam primum* 15. *jam tum* 18. 19. Praepositiones *ante, post* saepissime adverbiorum vices implent; adde *praeter* C. 36. *supra* 5. de positu praepositionum cfr. *quos advorsum* J. 101. *quos inter* h. I. 68. *ad se vorsum* J. 58. *in Hispaniam versus* h. fr. inc. 177. *Aegyptum versus* J. 29.

Modorum ratio apud Salustium multo simplicior, quam apud ceteros. Ambitus enim verborum et comprehensio (periodi) apud illum contractus et brevis est, et in membra quaedam orationem libentius dispertit. Neque poterat esse in abrupto, quo gaudet, dicendi genere, artificiosa modorum compositio. Quare hoc quidem in genere quam maxime a Tullianae orationis structura recedit. Memoratu dignum solum hoc est, Salustium more Historicorum Graecorum indicativo usum esse, ubi ex Grammaticorum regulis conjunctivus modus erat usitatior. cfr. Bernh. Synt. p. 389. Nam vel tum, ubi aliorum sensus et cogitata enarrantur, suum interponit judicium; res gestas enim illustrare, quam aliorum opiniones et judicia interpretari maluit cfr. C. 27. *quam paraverat* J. 103. *quae sibi venerant* 111. *Romani invisi erant* cfr. C. 14. *quas frequentabat.* 50. *qui in custodiam traditi erant* 30. *facta erat.* Sed falso huc referunt 22. *credebant.* Recte autem 28. *impendebant* nonnulli Codd. exhibent et C. 51. init. *consu-*

luerunt Vat. a. J. 63. *quae animo agitabat* 81. *advorsa sunt.* C. 50. *tenebantur* J. 85. *adepti sunt* 54. *quae levia sunt* 76. *quippe qui vicerat* 106. *proditis quos ducebat* — quamobrem 38. verba *clausum tenet* pro vera lectione habenda sunt. Etiam *deseret* 42. haud dubie sanum est. Eo magis mirum, uno loco Conj. pro ind. positum esse c. 49. *quae dicerent*, cfr. Zumpt. §. 78. 7. C. Anm. 2. p. 391. Ed. III. Congruentiam partium orationis quod attinet, saepius a vulgari usu loquendi recedit Salustius. Jam primum *pars*, *reliqui*, *partim*, alia, *pars* — *alii*, *pars* — *multi*, componere ei solemne; cfr. Ind. et add. J. 19. 74. 85. 89. C. 48. 60. *ruunt pars magna* H. 2. 24. nomina collectiva pluralis sequitur; *pars ostentantes* J. 31. *p objecti* 14. *p. edocti* 66. *magna pars volnerati* 58. *populo R. melius visum*, *tutius rati* etc. *proles*, *geniti* H. I. 15. sed prioribus locis verbum plur. antecessit, tertio loco *plebes* praepositum, quod etiam J. 78. cum verbo plurali junctum est. Ita 41. *coepere*, *nobilitas*, *populus*, ubi usitatior erat singularis C. 7., *juventus erat*, *discebat*, *habebant*; 23. *nobilitas aestuabat et credebant*, sed *sibi quisque sperabat* est C. 37. *uterque exercebat* 49. *collis quam campi fuerat.* J. 50. *cariora omnia*, *quam decus atque pudicitia fuit*; duo substantiva foem. neutrum plur. sequitur. *ira atque aegritudo permixta sunt.* J. 68. *velocitas et regio* — *tutata sunt* 52. *virtus fidesque vestra spectata forent* C. 20. *laetitia atque lascivia* — *quae pepererat* 31. *earum rerum*, *quae prima ducunt* J. 41. *humanarum rerum fortuna pleraque regit* J. 102. ita confirmatur lectio 37. *picem sulphure et taeda mixtam ardentia.* Aliud exemplum 49. *ipsi atque signa* — *obscurati.* Relativum ad sensum construitur 66. *Vaccenses*, *quo*; C. 18. — *Conjuvarere pauci de qua* J. 14. *familia nostra*, *quorum* etc. 95. *equitatus*, *quos* 100. *diffidentia futuri*, *quae imperavisset* — *servitia*; *cujus* C. 56. ad remotius subj. relativum refertur J. 24. *quid reliquum*, *nisi vis vestra*, *quo moveri possit*? Nominativi absoluti, qui dicitur, unum exemplum 66. *Vaccenses*, *quo* — *principes civitatis* etc. Sed

rectius ejusmodi structura Epanalepsis vel resumtio dicitur, persona enim minus accurate dicta, in sequentibus eodem casu, sed diligentius exprimitur, toti enim civitati partem substituit. cfr. Ramshorn §. 206. B. 6. Ceterum totam appositionis rationem apud Salustium latissime patere, jam inde colligi potest, quod plurima eadem comprehensione complecti S. quam maxime studebat. Exempla laudare nil attinet. In Genitivi structura notandus adjectivorum, quibuscum hic casus jungitur, numerus; cfr. *ingens virium animique h.* 3. 28. *dubius consilii* 3. 33. *anxius animi* 4. 5. *nimius animi* 4. 17. *laetus frugum* h. 2. *consilii aeger* 4. 31. *immodicus animi* inc. 30. *belli sciens* 123. *firmatus animi* 3. 24. praeterea cfr., dictiones *pensi habere* C. 5. 23. *pensi ac moderati habere* 12. *pensi est* 52. *pensi ac sancti habere* J. 41. quamvis enim *pensi* pro genitivo pretii habeas, eandem tamen structuram ad *moderati* et *sancti* transferre quam maxime est insolitum, quippe ut *sanctum habere*, ita etiam *moderatum habere*, dicere licuit; diversus est genitivus in dictionibus *quid boni est* J. 88. *quid aliud reliqui* H. I. 15. *nihil reliqui facere* C. 12. 28. *quid reliqui habemus* 20. ubi aperte, quod praedicatum est, per attractionem subjecto adpositum est. Nam etiam *reliquum facere* et *habere* dicitur. vide Ind. Eadem est ratio structurae *nihil languidi aut remissi pati* J. 53. nam genitivi loco accusativum vide positum 88. Multa praeterea apud eum sunt exempla Gen. gerundii cum substantivo juncti ad aequalitatem alicujus rei explicandam cfr. H. I. 15. I. 19. cfr. C. 6. *regium imperium conservandae libertatis fuerat.* Neque omittendum, cum pluribus substantivis infinitivum pro Genitivo gerundii jungi cfr. C. 17. *vivere copia* 4. *non fuit consilium conterere* cfr. 53. *vendere mos* 30. J. 80. *necessitudo persequi* 102. *tempus adgredi* 89. cfr. Ramshorn §. 168. A. N. 1. Fuit nuper, qui hunc inf. ita interpretaretur, ut *copia est* etc. pro verbo e. gr. *licet* dictum esse statueret, quasi id ageretur, quae verba alicui dictioni substituerentur. Neque satis habuit ipse insulsa loqui, sed etiam alios idem sentire menti-

tus est. Scilicet infinitivus subjectum est; licuit etiam Genitivo Gerundii uti, si maximam vim in *copia* auctor positam vellet. cfr. J. 22. fin. Eadem est ratio in *consilium est* cfr. J, 15. *neque pati consilium est.* et H J. 19. *bellum pati consilium est.* cfr. J. 85. *ea uti deseram, non est consilium.* Dativo saepius locus est apud Salustium, ubi ex vulgari loquendi usu Genitivus vel alius casus erat usitatior. Ita enim clarius perspicitur, ad quam personam omnia referenda sint, animorumque motus significantius exprimuntur; quia tertii casus ea est ratio, ut ab actionis notione sejungi non possit. e. gr. *ducem illis, non animum mutatum* J. 49. *qua illi descensus erat* C. 57. *Jugurthae nox quieta fuit* 72. *illis animi augescunt* 52. *vobis animus ab ignavia corruptus* 31. *flamma crescit egregiis viris in pectore* 4. *exitus tantis malis* 40. *illis dominationis socius* h. 3. 22. *certamini conscii* inc. 168. *commodum venit reipublicae* J. 4. *insidiis locum temptare* 46. *instruere pugnae suos* h. 2. 8. *mihi finem vitae facit natura* J. 10. *miseriis suis remedium mortem exspectare* C. 40. *si huic imperio fortuna mutaretur* J. 14. *ingenuo corpori finem vitae facere* h. inc. 17. *contrarius piratis* inc. 157. *perdundae pecuniae genitus* h. 3. 39. *fiducia augeri nostris coepit* h. inc. 168. *exercitui supplementum scribere* J. 39. *tuis hostis* 10. 81. 83. 89. *qui tum Romanis erat imperator* 7. *liberis avunculus erat* h. I. 32. *uxori frater* h. V. *decet victoribus* h. I. 51. *Gracchis non satis moderatus animus fuit* J. 42. *poenae aut praedae esse* J. 69. *quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum* C. 6. *contra illis omnia consenuerunt* 20. cfr. Ruhnk. ad Terent. Andr. 2. 6. 27. et Bentl. ad h. l. et. 3. 3. 17.

Jn accusativo et ablativo casibus Enallage illa, quae dicitur, explicanda. Primum certa ejus exempla laudabo, post, quid de hac structura judicem, paucis exponam J. 111. *in gratiam habituros* 112. *in potestatem habere* — 61. *in provinciam collocat* 5. *in amicitia receptus* 14. *in amicitiam a vobis recepti* etc. H. I. 9. *in gratia concesserant.* Alius sunt

generis, quae vulgo laudantur C. 11. *in civibus facinora facere* 52. *misericordes in furibus aerarii*, quamvis et dicatur 51. *quid in illos jure fieri posset* et infra iterum: „*quid in tales homines crudele fieri potest*" alienum J. 58. *pauci in pluribus minus frustrati* cfr. Cic. Tusc. disp. I. 35. *in utroque fortuna habuit potestatem* — *dominatione in vobis* Sal. hist. 3. 22. fin. C. 9. *in amicis fideles* — *amicos* melior est lectio, et Codd. optimorum auctoritate et varietate dicendi satis firmata C. 51. *in sententiam addere* an *in sententia* legendum sit, non liquet. Sed utra tandem lectio praeferenda videtur, nulla enallage statuenda, nam *in sententiam addere* est ad ea, quae censueras; *in sententia*, i. e. in sententia dicenda; prius huic loco magis convenit. Silani enim sententiam Caesar exagitat. Neque aliter J. 14. *in affinium locum ducere* explicandum, cum enim „*despicatui ducitur*" recte dicatur, ne in accusativo quidem erat offendendum; accedit quod *vice* et *in vicem* alicujus, hunc loquendi usum satis illustrat. C. 19. *in provinciam* — *provincia* ex meliorum Codd. testimonio restituendum duco. Itidem J. 17. *in parte tertia Africam posuere*, cum optimis libris lego, etiam C. 52. ubi nonnulli libri: *cui item exercitus in manus* habent, *in manu* unice verum. Restant igitur pauca loca, quorum J. 5. 14. satis clara esse videntur; ut enim *moenibus recipi* 28. et *domum recipere* dicitur, ita etiam, ubi tropice dicitur, orationem variare licuit. Sed non est idem. Recipitur *amicitia*, qui vel postea in ea fuit, *in amicitiam* — ubi illud solum tempus significatur, quo res acta; sed antea nullum iis aditum ad amicitiam fuisse dicitur. cfr. J. 9. *in regnum accipere* et 14. *in regnum adoptatus* — *in provinciam collocat* dictum ut apud Livium 23. 5. *in curiam clausus* et 23. 28. *in vincula condi jussus* et h. I. 31. *exercitum Dyrrhachium coëgere* — in diversas enim partes dimisit copias Metellus. Collocare enim aliquid in loco, proprie tantummodo ejus est, qui ipse eo in loco, ubi aliquid fit, praesens adest, quod aliter se habuit cfr. Oudend. ad Caes. B. G. VIII. 46. Terent. Andr. 1. 1. 102. et

Ruhnk. ad h. l. *in gratiam habere* J. 11. simili ratione ut *in adfinium locum ducere* dictum, et paulo infra *in conscientiam ducere*, accedunt similes dictiones: *accipere aliquid in bonam partem*, *meliorem in partem aliquid interpretari — trahere in diversum*. Veram igitur enallagen sola duo exempla dixeris J. 112. et h. I. 9. cfr. J. 18. (quibus male addunt h. 2. 46. *incidit lenunculo* 2. 50. *in flumine ruebant*), quae reliquiae esse videntur antiquioris sermonis, qui in vi casuum accurate distinguenda fuit negligentior. Nam aliena sunt inc. 226. *in mercedem corruptum*; vide supra p. 146. *et Etruria suspecta in tumultum erat* 228. eadem p.; illud enim finem rei exprimit, scil. mercedis causa, vel ut mercedem suis persolveret, partium decus corrupit; *in tumultum* exprimit rem, ad quam suspicio pertinebat, habebat Etruria suspicionem tumultus; jam cum *suspectus fovisse* Tacitus dixerit H. I. 46. *susp. in* nimis durum dici vix potest. Ceterum vel haec structura ex studio multa paucis complectendi orta esse videtur.

Multa alia, quae in Salustiana elocutione a vulgari dicendi oratione abhorrent, aut a variandae orationis studio repetenda esse videntur, aut e Graecis fontibus deducuntur. Sed ipsum varietatis studium non magis ad certam quandam elegantiam et concinnitatem referendum, quam quod Salustius et in ipsis verbis et in eorum structura proprietatis est studiosissimus, et tam presse et subtiliter loquitur, ut merito incertum dixeris, verba sententiis an sententiae verbis illustrentur. Quare variae verborum structurae non pro inani ornamento habendae, sed rectius eas dicendi formas scriptorem elegisse putaveris, quae cogitatis optime convenirent. Et saepissime quidem in oppositis hanc varietatem animadverteris, ut diversi sensus diversitate structurae expressiores fierent. Exempla dabo: J. 103. utilia aut benevolentiae C. 55. inter sinistros montes et a dextera rupe aspera J. 7. vehementer carus — maximo terrori 14. in omnibus bellis — per otium C. 9. in suppliciis — magnifici — domi parci — in amicos fideles J. 7. dolis — per vim, ib. labore — parendo 4. neque per vim — neque in-

sidiis ib. 1. imbecilla atque aevi brevis 46. avidum — ingenio mobili, infidum 64. homo inanis, et regiae superbiae 70. hom. nobilem — magnis opibus C. 25. docta litteris — psallere — multa alia. J. 78. impares magnitudine — pari natura J. 52. ipsi pares — ceterum opibus disparibus C. 17. incerta pro certis, bellum quam pacem malebant. 37. homines egentes, malis moribus. ib. qui praestabant; — alii patrimoniis omissis— postremo omnes — quos J. 22. neque recte — neque pro bono ib. ob easdem artis — non penuria C. 56. voluntarius aut ex sociis J. 25. homines nobiles, amplis honoribus. 84. plerosque militiae, paucos fama cognitos accire C. 16. commodare testes — vilia habere J. 31. occidisse — quaestiones injustas (sc. pro munimento habent) C. 9. in bello — ubi pax evenerat J. 88. gloriosa — neque belli patrandi — 84. magnifica pro se et illis dolentia 89. rem non eadem asperitate, ceterum haud secus difficilem 29. locutus de invidia facti atque uti cfr. 70. 1. de natura queritur, quod 46. ubi accepit — simul certior factus 65. petenti ut sellam — item turmam 28. in Consule bonae artes animi — patiens, acri ingenio etc. 25. censebant subveniundum — interim uti 20. res in Africa gestas quoque modo actae forent, fama divolgavit 31. opes factionis — vestra patientia — jus nullum, ac maxime quod — 89. quum propter usum belli, tum quia res ib., cibus adversus famem — non libidini H. 3. 22. non arma censebo — sed ne — 1. 19. arma advorsum divina etc. cepit — non pro sua aut quorum simulat injuria, sed — libertatis subvortundae J. 102. populo Romano tutius visum: rati etc. 108. orator missus et subdole speculatum H. I. 15. quid defensum est aliud — quam sedes — neu cui etc. — 3. 22. ultum injurias hortor — magis uti J. 35. duci jubebat — sumendum — cfr. c. 38. fin. 25. verba facit — missurum — praeterea uti — decederet 25. litteras mittunt — accedat — seque missos. Nonnunquam eadem vox structuram mutat: C. 33. expertes fama — patriae J. 74. aliquanto numero — hostium paucorum potiti — 64. pro honore — contra Metellum accendit 88. — pro hostibus et advorsum se op-

portuna 100. Sulla cum equitatu apud dextumos — in sinistra parte M. cum etc. praeterea cohortes curabat." Quae quidem dictiones ad alia viam muniunt, ubi verbi significatio pro structura mutatur J. 38. fama ferroque clausos 42. ferro aut fuga exstinxit 49. pecunia aut honore extulerat 102. non pro vanis hostibus sed liberaliter habuit 49. labores et victorias confirmare; (rectius tamen hanc syllepsin esse putes) 105. numerum ampliorem vero et hostilem metum efficiebant. Quemadmodum igitur casuum enallage, quam dicunt, non eo spectat, ut differentiam inter casus tollat, sed potius orationem ad sensuum diversitatem fingat atque accommodet, ita ne tempora quidem promiscue usurpantur, sed consilio alterum pro altero ponitur, sive ut rectius dicam, a vulgari usu receditur. Id quod nuperrime homo ineptus primum sibi invenisse visus est, quasi Antiptosi illa et temporum enallage, quam antiqui Grammatici statuerunt, nil nisi inscientiam et socordiam tegere voluissent. Sed hoc differunt a juniorum, qui illos contemptui habent arrogantia, quod non philosophicis, quae nostri jactant, argumentis, sed usu loquendi difficiliora illustrabant. Antiquorum scriptorum auctoritas quam ipsorum inventa plus apud eos valebant. — Sed de Salustii artificio in temporum compositione supra egimus, neque in iis, quae vulgo laudantur, locis facile quis temporum mutationem, sed potius suam cujusque vim inveniat cfr. J. 13. 26. 76. fin. 89. *neque quivissent — ni facerent*; cfr. 12. 29. 34. 71. eadem est ratio tempp. conditionalium cfr. J. 27. 85. fin. h. 3. 22. med. *frustra agerentur — si facturi erant* ib. initio, *si parum existimaretis — disserendum fuit.* cfr. praeterea c. 21. J. 43. 97. extr. 67. 82. quae omnia ita comparata sunt, ut apud scriptorem parum diligentem aliter exprimi potuerint, sed in Salustiano dicendi genere unice vera sint. — Ceterae locutiones, quae variis figurarum nominibus vulgo comprehenduntur, suo quaeque loco sunt explicitae; tantum de Ellipsi pauca addam J. 100. *in hiberna*: sc. proficiscitur. cfr. Ter. Andria 1. 3. 21. et Ruhnk. ad h. l. 109. *igitur Sulla*: sc. respondit. 24. *nihil ad*

vos: sc. pertineat. C. 48. *potestatem faciundam* (ubi ex antecedentibus *indicandi* supplendum.) cfr. C. 30. *solet* saepius (*facere* vel *fieri* omissis) positum cfr. C. 30. J. 96. Non numerantur inter ellipses, ubi ex verbo, quod antecessit, simile quoddam intelligendum est cfr. C. 21. med. J. 17. 25. 71. fin. 82. 109. *redire jubet*, de qua dicendi ratione luculenter egerunt interpretes ad Ter. Andriam IV. 5. 18.

Multa ex Graecis hausisse Salustium, et veterum Criticorum fuit judicium (Quinctil., IX. 3.) et plurimorum locorum comparatione docuimus. Inprimis multas Thucydidis et Demosthenis sententias expressit, quas passim laudavimus; adde quae V. C. Poppo collegit, ubi de imitatoribus Thucydidis doctissime disputavit p. 379. sqq. cfr. C. 1. et Th. 2. 40. C. 3. Th. 2. 35. C. 6. Th. 2. 40. C. 38. Th. 3. 82. C. 52. Th. 3. 82. J. 7. Th. 2. 40. J. 42. 82. Idem satis acute Caesaris orationem 51. cum Diodoti Th. 3. 42. sqq. Jugurthae c. 49. cum Phormionis Th. 2. 89. ipsamque digressionem C. 6. sqq. de antiquae reipublicae statu, cum Thucydidis exordio comparavit. Quae omnia ita sunt intelligenda, ut, quod Thucydides primus viam inierat, quam in historiis conscribendis sibi ingrediendam esse Salustius judicaverat, tanti viri exemplum ad Salustianam orationem exornandam valuisse statuas. Nam quae nonnullorum fuit opinio, plurima apud Salustium ex Graecis esse translata, ex solo illorum testimonio refellitur, qui in oratione componenda Salustium priscos Latinos scriptores, inprimisque Catonem secutos esse comprobaverunt.

Verborum structuras quod attinet totumque orationis colorem, nonnulla quidem plane ex Graecis expressa dixeris, ita ut nonnisi his comparatis explicari et intelligi possint; longe plurima autem ita conformata, ut et prisco sermoni, et auctoris ingenio optime convenirent. Quo in genere plane abhorret a poetarum ipsiusque Taciti stilo, qui Graecas constructiones Latinis verbis exprimere satis habuere. Jam mera Graeca sunt: Jug. 34. *quae ira fieri amat.* cfr. J. 41. inc. 60. *plebi militia volenti putabatur* J. 84. cfr. Matth. Gr. Gr. p. 524.

gignentia J. 79. 93. *post futuri* H. I. 15. *οἱ ἔπειτα γενησόμενοι*. *multus instare* J. 84. *πολὺς ἐνέκειτο*. Sed vel hoc antiquorum scriptorum usu jam tritius factum. *servitia cujus* C. 56. cujus structurae similia vide apud Popponem de Elocut. Thuc. p. 92. 93. cfr. J. 100. *diffidentia futuri, quae* — constructio *πρὸς τὸ σημαινόμενον*.

Adde perfectum loco aoristi Graeci usurpatum. Relativi genus ad substantivum relatum, quod ex antecedenti verbo supplendum est. cfr. Matth. Gr. Gr. p. 603. et inprimis Jph. Aul. 1418. qui locus Salustiano Cat. 18. est simillimus. Praeterea propius ad Graecam dictionem accedunt adjectiva, quae vim substantivorum accipiunt; et pronomina neutra, post substantiva masculina et foeminina posita; etsi ne hoc quidem a Latini sermonis natura alienum est. Multa alia recte quidem cum Graecis comparantur, sed non ex iis potissimum, nedum ex solo Thucydide, derivanda sunt, nam ex ipsius Latinae linguae fontibus satis commode illustrantur. Ejusmodi haec sunt: Pronomen in Accus. c. Infinitivo omissum, quod et apud optimum quemque scriptorem occurrit, neque ex Graeco, sed a negligentia quadam repetendum est. Eadem est ratio Infinitivi pro gerundiis positi; diversam enim in his verbis structuram esse statuendam, supra vidimus. Etiam adverbia pro adjectivis ponere non minus apud veteres Latinos scriptores usitatum, quam apud Graecos, et structurae simplicitas facit, ut imitationem statuere vix liceat. Sed varietas structurae in singulis orationis membris et inprimis in oppositis rectius ad scriptoris ingenium, quam ad imitationem referas. Temporum enallagen, quam dicunt, nullam esse, saepius memoratum. Neque hujus rei exemplum a Thucydide peti poterat. Minus etiam singulis dictionibus tribuendum est, quae in utraque lingua similes multae numerantur, sed non tam ex imitatione, quam ex communi fonte fluxerunt v. c. *fugam facere φυγὴν ποιεῖσθαι*, *bellum sumere* J. 43. *αἱρεσθαι*; *in incerto habuere*. C. 41. *ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο*. Th. I. 25. *in majus celebrare* J. 75. *ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμῆσαι* Thuc. I. 20. 21. documenta haec

habeo C. 9. τεκμήριον δέ, παράδειγμα δέ; *confecto proelio tum vero*, ἐπελθὼν — ἐνταῦθα δή. Th. I. 91. Sed neque particularum usum apud Salustium ex Thucydide illustrabis, neque illam brevitatem ab eodem petitam demonstrabis, sed similia esse non negaverim. Ita antithesium ut apud Salustium ita apud Thucydidem studium, sed ita ferebat utriusque ingenium atque natura. Summis igitur laudibus ornetur Thucydides, ne tamen imitatorum servo pecori Salustii nomen adscribamus.

COMMENTARIUS

IN

C. SALLUSTII CRISPI

DE

CONJURATIONE CATILINAE LIBRUM.

CONJURATIO CATILINAE.

Conjuratio Catilinae. In aliis libris aliae occurrunt inscriptiones. In Codd. Mediol. III. VI. XI., teste Gerl., *de bello Catilinario*; in II. *Catilinarium*; eadem, ut videtur, in Tegerns.; in Guelferb. II. *bellum Catilinarium*; in Mediol. V. *Catilinarius*; in Basil. I. *de bellis Catilinae et Jugurthae*; in Turic. IV. *Catilinarii liber.* Nonius citat *bellum Catilinae*, s. *bellum Catilinarium*; Festus *Catilina*; alii *de conjuratione Catilinae ejusque sociis.* Sequuntur editores alii aliam auctoritatem, sed longe plurimi ips. Sallust., qui cap. IV. 3. exh. *Igitur de Catilinae conjuratione quam verissume potero paucis absolvam.* Item Codd. Mediol. I. Basil. IV. Guelferb. XII. exhh. *de conjuratione Catilinae.* In nostro Cod. Erlang. nulla vestigia inscriptionis reperimus, praeter quod in fine libri occurr. *explicit Catilinarius*, ex quo colligas, fuisse scriptori prae oculis *liber Catilinarius.*

Caput I.

A. Lectiones variae.

1) *Omnis — finxit.* Pauci libri tenent *omneis*, perpauci *omnes*, longe plurimi *omnis*, item Cod. Erl.; vid. s. B. — *qui sese student* omnes fere, Codd. Leid. A. M., item Erlang., nec non edd. qq. vett., e. c. Rivianae, *qui student sese* sive *se se.* — longe plurimi *animalibus*, item cod. Erl.; pauci *animantibus*, ut Leid. K. Bas. IV. aliique, quos seqq. edd. recens., Rivian., aliaeque; vid. s. B. — pro *summa ope*, quod scimus omnes ad unum, exhh. Codd. Leid. C. D. G. *summa los ope.* — omnes fere, item Cod. Erl. *ne v. s. transeant*, plus Leid. J. *ne v. cum s. tr.*, Vinar. I. *ne v. tr. sil.*, Guelf.

12

XI. *ne v. sil. vel pec. tr.*, at solus Guelf. V. *vitam silentio ne transeant*, quem post CORTIUM ad GERLACHIUM usque omnes sequuti sunt. — Edd. qq. hh. *transigant* pro *transeant*; item RIV. in marg. notat, se reperisse in c. msc. *transigant.* — Solus cod. Leid. F. exh. *natura finxit prona.* — Solus Cod. Erlang., ut scimus, exh. *prona et obedientia ventri finxit.* —— 2) *Sed — commune est. Sed nostra omnis vis* longe pll., item cod. Erl., alii *S. n. vis omnis*, ut Lib. II. Reg. Pomb., alii *S. o. n. v.*, ut Leidd. A. B. F. M., quos seq. RIVIUS. — solus Cod. Erlang., ut scimus, exh. in *anima* pro *in animo.* — sol. c. Leid. L. *et in corpore.* — delent CORTIUS et qui eum seqq. voculam *est* post *sita*: invitis libris mss., etiam cod. Erl. — pro *corporis serv.* exh. Leid. A. *quam corp. serv.*, Leid. F. *corporisque.* — v. *magis* post *servit* abest in cod. Senat. II. — omnes fere ll. *diis*, etiam Erl., in quo h. l. nunc est rasura, item pl. edd. veteres; rectius exhh. cod. Vinar. II., edd. qq. med. aevi, item recentt. l. pll., *dis.* — pro *belluis* exhh. codd. l. pll., etiam Erl., item edd. vett., *beluis.* — v. *commune* deleri jubet PALMERIUS sec. cod. ms. suum. —— 3) *Quo — efficere.* Pro *quo* exhh. solae, ut scimus, edd. Ascenss. a. 1509 et 1511 *quod.* — pro *mihi rectius videtur*, quod post CORTIUM praeter LANGIUM omnes fere exhh., tenent codd. h. pp., item Erlang., *m. rectius videtur esse*, alii, ut Leidd. A. B. E. M. aliique, item edd. l. pll., *m. rectius esse videtur*; in Colon. obv. *melius* pro *rectius*; GRUTER. deleri jubet voces *mihi* et *esse videtur.* — recte exhh. FABRI et KRITIUS, vv. dd., *ingeni* pr. *ingenii*, quod omnes libri scrr., item Erl., et editi. — pro *ingenii quam virium* exhh. cod. Rem. I. et Inc. I. teste CORT. *ingenii magis q. v.*, Cod. Guelf. III. omitt. v. *quam.* — *quaerere gloriam* Leid. K. — *ipsa vita* Leidd. B. M. N. *vita ista* Guelf. X., item v. q. d. recens. in Ephem. Hall. a. 1826. Nr. 64. — pro *fruimur*, q. ll. f. o., exh. c. Leid. E. *utimur*; vid. s. B. — *est brevis* Leid. A. — *nostri*, ita ll. omnes fere, etiam Erl., in Codd. vero Leid. C. et Basil. II., item primitus in Guelf. II., obv. *nostram*; v. sub B. — recte secundum libros optt. recentiores omnes *maxume*, et sic semper, tenentibus libris h. pp.; item Erl., minus recte *maxime.* — Addunt libri quidam, ut Leidd. C. G. H., Guelf. III., Vinar. I., Struvian. alii·

que post v. *efficere* voc. *decet*, vel, ut Leid. A., eand. voc. post *longam*, vel pro v. *decet* voc. *dignum*, ut Leid. E. — — 4) *Nam — habetur.* Pro *divitiarum* invitis libris omnibus suadet *honorum* v. q. d. Recens. in Eph. litt. Hall. a. 1826. Nr. 64. — pro *gloria* suadent sec. codd. qq. Ciaccon. et Ursin. *gratia.* — pro *atque fragilis*, quod cum librr. reliqq. exh. cod. Erl., obv. *et fragilis* in codd. Guelf. IV. et Fabr. I. — v. *est* post *fragilis* delevit Cort., eumque seqq. h. pp. — solus, ut scimus, Leid. B. exh. *clara atque aeterna.* — — 5) *Sed — procederet.* Recte in opt. quaq. ed. recent. *mortalis* pro vulg. *mortales*, quod tamen exhh. ll. h. pp., item Erlang. — Coll. voc. *magnum* post v. *mortalis* Leidd. B. M., alii aliter, optimi quique, item Erl., *sed. d. m. i. m. c. fuit.* — pro *vine* sive *vi ne*, quod ll. l. pll., item Erl., et edd. cum vett. tum recentt. exhibent, occ. in edd. Ascenss. a. 1509 et 1511. *ut ne*, in Cod. Guelf. III. *fuit corporis an virtute animi*, quod non displicuit Cortio, et in cod. Senat. II. *an ne corporis, an virtute animi*; in cod. Leid. H.: *vi corporis.* — voc. *magis* post *militaris* omiss. est. in codd. Remens. II. et Basil. I. — — 6) *Nam — opus est.* Omittunt vocul. *est* post *nam* Leidd. A. B. C. N. item Barb. III. IV. Med. IX. Vat. III. IV. II. — pro *nam e. pr. q. inc. consulto, et* exhib. cod. Leid. K. *consulto opus est, et*, cod. vero Erlang. *n. e. pr. q. inc. consulto est opus, et* cet. — male quidam sec. Ciaccon. distingg. *et, ubi consulueris mature, facto* cet., recte *et, ubi cons., mature facto* cet. — ll. pll. *mature facto opus est*, alii, ut Leid. G. et Erlang., *m. f. est opus*, alii, ut Leid. A. *m. est op. facto*, alii aliter. — — 7) *Ita — eget.* Pro *ita*, quod tenent ll. o. et edd. pll., exhh. codd. Guelf. VII. VIII. et Inc. II., item Erlangensis, *itaque.* — Leid. A. solus *indigens est.* — in edit. Rom. Brix. a. 1495. omittitur voc. *alterum* post *indigens.* — Cod. Leid. F. exh. *alterius alterum auxilio indiget*, Leid. E. pro *eget* hab. *augetur*, Leidd. J. et K. *indiget*, M. *indeget*, tres codd. Hispp., teste Tellero, item lib. Rostoch., teste Langio, exhh. *veget*, quod jam in textum recipi jusserat v. cl. Palmerius; at libri reliqui omnes, item Erlang., exhh. *eget*; vid. s. B.

B. Adnotationes.

1) *Omnis homines.* Quum libri optimi quique et scripti et editi exhibeant *omnis*, noluimus haec antiquitatis vestigia delere, quamvis nullam, quam sequi possimus, certam regulam esse arbitremur. Docent quidem Grammatici, e. c. Charisius p. 28., Serv. ad Virg. Aen. I. 112, Priscian. p. 775. ed. Putsch., accusativum casum numeri pluralis eorum vocabulorum, quae genitivum in *ium* exeuntem habent, non in *es* sed in *is* terminandum esse, verum neque ii desunt, qui, certis hoc exemplis probari posse, negent. Eorum primus est Probus Valerius, qui, teste Aulo Gellio, interrogatus quondam, *hasne urbis an has urbes* dici oporteret; *Si aut versum pangis*, inquit, *aut orationem solutam struis, atque ea verba tibi dicenda sunt, non finitiones illas praerancidas neque foetutinas grammaticas spectaveris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco conveniat dicere, quod illa suaserit, id profecto erit rectissimum.* Cf. Aul. Gell. N. A. XIII., 20. Gerl. I. Praef. XI. Herzog., Kritz. ad h. l., Beier. ad Ciceronis Offic. I., 26, 91. — *qui sese student praestare.* Tenendum est, verba *cupere, velle, studere* et similia duplicem constructionem admittere, si in altero membro idem subjectum est, quod in praegresso fuit; aut enim infinitivus nominativo jungitur, aut subjecti repetitione, per pronomen facta, exsistit accusativus cum infinitivo, quae dicendi ratio non infrequens est —; — nam etiam Cicero cum optimo quoque ita loquitur. Kritz. Ex locis, quos laudant vv. dd., innumeris fere, duos solum app., Cic. Off. II., 20, 7. ubi — *ille tenuis* — *gratum se videri studet* cet. et Terent. Eun. Prol. init., ubi — *qui placere se studeat bonis.* — *animalibus.* Multum et diu disputavere vv. dd. de hac voce. Suspicatus est aliquid Gruterus, qui, digladientur, inquit, alii, per me licet, genuinumne magis *animalibus* an *animantibus*, dum norint, utrumque videri tamquam e glossa irreptitium. Meis certe auribus, meo animo, hac voce retenta, odiose mox sequitur *ne vitam s. tr. v. pecora.* — *decet.* officium est; debent. Sic c. 51, 1. *vacuos esse decet.* Eadem significatio hujus verbi est in Plauto, Cicerone, aliisque. Müller. — *silentio transeant.* Die Deutung: *ita ut alii de iis sileant*, ist ganz unstatthaft, indem *silentio* hier der Casus modalis, und das Wort *subjectiv*, nicht

objectiv zu nehmen ist, und c. 2. extr. *quoniam de utraque siletur* hieher nicht paſst. *Silentium* von *silere*, einem der Natur nachgebildeten Worte, entspricht unserm: *Stille* auffallend. Denn *s* und *st* als *Ruhe gebietende Laute* zeigen sich in mehreren Sprachen. Cic. ad Div. XVI., 24, 4. *Sed st! literas tuas exspecto.* Herzog. — *veluti pecora.* „Eodem loco pone homines, quos in numerum pecorum et animalium redegit hebes natura et ignoratio sui; nihil interest inter hos et illa.“ Seneca Vit. B. V. — *ventri obedientia.* Appetitui tantum servientia et voluptati indulgentia; nam hac etiam ex parte homo contra agere debet, cet. Cort. — — 2) *Sed — nostra.* Bei Sallust bemerken wir einen *dreifachen* Gebrauch von *sed.* Der erste und gewöhnlichste der, wo *sed* als particula continuativa oder transeundi offenbar dem griechischen δέ zu vergleichen, doch nicht ganz gleich ist. Sallust scheint seinem Führer Thucydides aus sonderbarem Eigensinne auch in dieser Kleinigkeit gefolgt zu seyn. Der *zweite* Fall zeigt *sed* als *Particula disjunctiva*, wie gewöhnlich, in disjunctiven Sätzen, unser: *sondern.* In solchen Fällen nämlich: *non solum — sed* ist, wie man wohl sieht, *sed* nicht *adversativ*, sondern trennend und sondernd, logisch aber eigentlich *verbindend.* Drittens, wie *hier*, ist *sed* gleich unserm: *aber*, synon. mit *at*, *verum*, *vero*, *autem*, und adversativ. Auch andere, z. B. Caes. B. G. VI., 13. init. haben *sed* in der ersten Bedeutung. Herz. — *in animo et corpore.* Sensus: in animo cum corpore conjuncto. Teller. — *animi — utimur.* Ὅρα δὲ καὶ τῇδε, ὅτι, ἐπειδὰν ἐν τῷ αὐτῷ ὦσι ψυχὴ καὶ σῶμα, τῷ μὲν δουλεύειν καὶ ἄρχεσθαι ἡ φύσις προστάττει, τῇ δὲ ἄρχειν καὶ δεσπόζειν. καὶ κατὰ ταῦτα αὖ πότερόν σοι δοκεῖ ὅμοιον τῷ θείῳ εἶναι καὶ πότερον τῷ θνητῷ; ll. vv. dd. e Plat. Phaed., qc. cf. Max. Tyr. Serm. XLI. Senec. N. Q. VII., 24. Aristot. Pol. III. 12. all. — *magis utimur.* Hoc est, animus plerumque et justius imperat, corpus servit. Cort. — *alterum — alterum.* Sc. animus et corpus; non autem supplendum est: *animi imperium et corporis servitium.* Nam belluae, cum animi imperio careant, corporis servitio non utuntur. Non enim servit corpus, ubi non imperat animus. Kunh. — — 3) *Quo. Quo* est propter quod, vi casus sexti. Sic Jug. 85. cet. cet. Cort.; *Quo* Cortius

interpretatur *propterea*, neque vult ad comparativum pertinere, sed ad antegressam sententiam refert, eumque Dahlius et Müllerus sequuti sunt. Sed omnium omnino locorum ratio obstat; ubicumque enim *quo* vel *eo* ante comparativum leguntur, comparationi inserviunt, ita ut modus indicetur, quanto aliquid alteri praestet, quod ipsum tamen saepe numero non est expressum, sed cogitatione expleri debet. Velut nostro loco ita fere sententiam expleveris: alterum nobis cum dis, alterum cum belluis commune est; *quanto autem dii praestant belluis, tanto rectius videtur*, cet. Kritz.; cf. XIII., 4. XXXVII., 8. Jug. II., 4. LXXXV., 6. — *virium.* Vires sind in der Regel bei guten Schriftstellern nur *Körperkräfte.* Cic. Senect. VI. XI. Inv. I., 2. Amic. XIII. cet. Herz. — *quoniam.* Da nun einmal, d. i. *quum jam*; ganz verschieden von *quod* und *quia*, von denen jenes ursprünglich den *factischen*, dieses den *rationalen* Grund angab. *Quoniam* gibt den factisch vorhandenen, durch Erfahrung erprobten, unabänderlichen Grund an, der eine Handlung oder einen Entschlufs zur nothwendigen Folge hat. Cic. Somn. Scip. 3. Caes. B. G. I., 35. cet. Herz. — *ipsa.* Perperam Müllerus (repet. v. d. sol. verba Cortii) *ipsa* explicat *integra*, *etiam longissima*; frustra in auxilium vocato Plinii loco Epp. III., 7, 11. cet. Kritz. — *fruimur.* Non sine ratione dixit qua fruimur: quia etiam si vita qua utimur longa sit, tamen vita qua fruimur est brevis: quia utimur rebus usu, fruimur vero fructu: sed in fructu dicitur esse cum aliquid egregium facimus: ergo ille vita fruitur, qui vivendo fructum ex vita capit. ille vero vita utitur qui vivit nec aliquid pulchrum facit. cet. Laur. Vall.; Non supervacuum est h. l. acumen Laur. Vallae, qui — — — verius tamen est, quod *vita frui* hic nihil aliud sit, quam *vitam naturae munere concessam vivere*, quod cum delectatione est conjunctum, quomodo Cic. Or. Catil. IV., 4. cet. Cort. — *nostri.* Non *nostram* dixit: quia passive accepit non qua aliorum memores simus: sed alii nostri: unde genitivi mei tui sui nostri et vestri duntaxat passive capiuntur. Ascens. — *quam maxume longam.* Nicht *quam longissimam*, was theils ein arroganter, theils ein schielender Ausdruck wäre, indem der Superlativ, den Grad des Positivs voraussetzend, andeuten würde, dafs die *memoria nostri* an sich schon *longa* sey,

nun aber *longissima* werden solle. Herz. — — 4) *Fluxa atque fragilis est.* Labilis, praeteriens et non *solida*, quod eleganter *fragili* opposuit Lactant. *fluxum*, quod transit instar aquae. cet. Cort. (Lact. III., 12.) — *virtus clara aeternaque habetur.* Da *virtus* vom Körper nur sehr selten gebraucht wird (Cic. Fin. V., 13, 38.), so bedeutet es hier vorzugsweise geistige Auszeichnung (vgl. Jug. 2, 2.) und ist dem Reichthum und der Schönheit entgegengestellt. cet. Fabri; *Aeternus*, vom Griech. *αἰών*, ist unser: *ewig*, unvergänglich, unveränderlich. Jug. II. Vergl. Hotting. Ecl. Cic. p. 37. Will der Lateiner ausdrücken die in *dem Wesen* einer Sache oder Person liegende Unzerstörbarkeit und Fortdauer, so sagt er: *aeternus*. *Sempiternus* bezeichnet die *zeitliche*, in die Sinne fallende Dauer, immerwährend; *perpetuus* und *continuus* drücken die ununterbrochene Reihenfolge in Zeit und Raum aus. Herz.; *Habere*, in den mannichfaltigsten Beziehungen von Sallust gebraucht, behauptet überall seine Urbedeutung: *haben*, *halten*. Von dem Materiellen übergetragen auf *geistige* Verhältnisse: festhalten in der *Meinung*, in dem *Urtheile*, keineswegs gleichbedeutend mit *judicare*, *existimare* oder *aestumare*, welche sich wie antecedens zum consequens verhalten. Uebergetragen auf das *Wesen* und *Seyn* eines Dings, bezeichnet *haberi* nicht die concrete Realität, sondern das *innere*, *selbstständige* Bleiben und Verweilen in einem Zustande, durch eigene Kraft. So hier. *Virtus*, d. i. geistige und moralische Vortrefflichkeit, *Tugend*, *κατ' ἐξοχήν*, *besteht*, *hält sich*, *gilt*, nämlich als *Resultat* des *Urtheils*, fest und unwandelbar in relativem Umfange. Also nicht hier, wie Müller ad h. l. (et alii h. pp.) *retinetur*, *possidetur*, cet. cet. Herzog. — — 5) *Mortalis.* Mortalis magnificentius et excelsius dictum, quam homines, et apud Salustium frequentissimum. Fronto quidem, (cf. Gell. N. A. XIII., 28.) amplius, prolixius et fusius dictum esse existimavit. Haud dubie *ἐμφατικώτερον* est, etiamsi apud antiquioris sermonis studiosos satis frequens sit; priscis enim verbis inest quaedam *σεμνότης*. Gerl.; Ein Wort, das Sallust liebt, Cic. selten gebraucht; aber Liv., Tacit. häufig, z. B. Agric. c. 11. Britanniam *qui mortales* initio coluerint — parum compertum. Es ist keineswegs unser: *Sterbliche*, was stets an die hinfällige Natur des Menschen erin-

nert; sondern entspricht dem weniger üblichen: *Menschenkinder*; was Mensch heifst. Es ist entweder, was man fühlt, allgemein, oder bemitleidend, oder geringschätzend gesprochen, oder wenigstens cum quadam negligentia, quasi ἐν παρόδῳ. Herz. (ad cap. II., 8.); — neque tamen hoc cum Gerlachio a prisco sermone, sed potius ab ipsa vocabuli notione repetierim. A. Frontonis sententia non multum abludit quod Heindorfius ad Hor. Sat. I., 6, 37. observavit, tum maxime *mortales* pro *hominibus* dici, si *multi* vel *omnes* — (add. cuncti, quisquam) — adjectiva addita sint. Quod Herzogius vero hoc vocabulo homines cum quodam contemptu vel negligentia et quasi ἐν παρόδῳ significari censet, mihi non plane probatur. Kritz. — *procederet.* prospere cederet, perficeretur. cet. Cort. — 6) *consulto.* Consilio opus est, deliberandum est, quasi dixisset *deliberatu.* Cort. — *mature facto.* Hoc *mature* posset intelligi de eo, quod in tempore fit atque loco; wenn es Zeit ist. Sed illud jam in *consulto* simul cogitatur. Itaque idem est, quod *cito*, *alacriter.* Teller. — 7) *Indigens — eget.* Magnam haec interpretibus attulerunt molestiam, qui verbis *indigens eget* vel explicandis vel emendandis magnopere se torserunt. Codices fere omnes conspirant in verbo *eget*, pauci praebent *indiget*, cet., sed plerasque editiones occupavit *veget*, quod, a Palmerio profectum, non satis constat num ejus ingenio an libris debeatur, neque plane certum videtur, quod Tellerius tradit, in tribus codd. Hisp. — (item in ed. a. 1475) — id reperiri. Bona fide tamen receptum est a Tellero, Dahlio, Müllero, aliis, qui *indigens eget* non concoquerent, et sententiam *veget* postulare autumarent. Sed si auctor ita scripsit, non intelligitur, quomodo in sententia tam perspicua omnes fere libri eodem modo depravari potuerint; tum suspicionem movet ipsa vocabuli forma, quum Sallustius alibi dicat *vigeo*, veluti Cat. III., 3. et XX., 10. sine ulla codicum discrepantia, ut mirum sit, hanc formam hic ne in uno quidem cod. reperiri. Denique, quod gravissimum est, *vigeo* non forma tantum, sed significatione diversum est a *vegeo*, quamvis dissentiat Ger. Joan. Vossius, Etym. p. 557. Nam *vigere*, de quo v. Goerenz. ad Cic. de Finn. V., 14, 39. et C. L. Schneideri Gramm. Lat. I., 1. p. 15., est intransitivum, *vegere* transitivum, quod vocabula inde derivata probant; praeterea dis-

crimen aliquod intercedere evincit locus Varronis ap. Non. II. n. 876. *nec natus est, nec morietur; viget, veget utpote plurimum.* Diversas ab his caussas, neque tamen idoneas, Cortius habuit, cur *veget* desereret, *eget* defendendum susciperet; sed — — — Facillime omnes hae nugae evitari potuissent, si editores magis sententiarum nexum, quam singula verba voluissent spectare; nimirum omnes fugit, non conjungi debere *indigens eget*, sed sibi opponi *utrumque per se* et *alterum alterius.* Auctor enim, ut hominum plane admirabilem naturam describat, utramque hominis partem dicit per se quidem mancam esse et imperfectam, sed tamen natura ita comparatam, ut auxilium non a perfecta quadam et absoluta re, sed ab altera sui parte, pariter imperfecta, petat, quo arcta utriusque conjunctio cernitur; satis autem mirabile, duas res, quae singulae sibi ipsae non satis sint, invicem sibi auxilio esse posse, eoque indigere. Quare *eget* non est sollicitandum. Kritz.

Caput II.

A. Lectiones variae.

1) *Igitur — placebant.* Libri haud pauci, item Erlang., pro *initio* exh. *in initio*; item edd. qq. vett. — post *reges* exh. *fuere* Leid. A. — pro *nam in* exhh. edd. Ascenss. *cum jam in.* — *nomen imperi id* recte recentt. f. omnes, licet libris invitis, qui ad unum *imperii*, ut etiam Erl.; *id nom. imp.* exhh. Leidd. B. C. G. H. N.; *fuerat* Leid. B.; *fuit primum* ed. Venet. a. 1471. — *fuere* post *diversi*, pro q. Cod. Guelf. V. male exh. *divisi*, male Leid. H. — *divorsi* recte Gerl., Kritz., alii. — *etiam tum* libri fere omnes, item Erl.; sol. Leid. F. *et tum*; ed. Venet. 1471. *etiam tunc*; Cort. sec. Codd. qq. *et jam tum*; Codd. Guelf. IV., Remens I., cet. *et jam tunc*; Fabri, Kritz., aliique recentt. *etiamtum*; vid. s. B. — pro *agitabatur*, quod hh. ll. omn., item Erl., Leidd. C. D. G. exhh. *agebatur.* — — 2) *Postea — posse.* male edd. qq. m. a. *postea quum*; Guelf. X. et Acad. *postea vero quam*; reliqui omnes, item Erl., *postea quam*; cet. exhh. libri l. pll., item Erlang., *p. v. q. in A. Cyr.*, *in Graec.* cet., aliis al. ord. seqq., e. c. Guelf. VII. aliique *Cyr. in Asia Lac. et Ath. in Gr.* — *Cyrus rex* solus Leid. H. — *Lacedemonienses* Leid. A. — Codd., ut solent exh. *e* pro *ae* et *oe*, te-

nent *cepere*, item edd. vett., quod male imitt. recentt. qq. — voc. *atque* delet. in Bas. III. sec. Cort., in I. sec. Gerl. — omnes fere, item Erl., *subigere*, Leid. M. *subjicere*. — pro *lubidinem*, quod l. pll., etiam Erl., exh. Cod. Leid. E. *libidinemque*, at Leid. M., item ed. Venet. a. 1471. *libidine*. — pro *putare*, q. omnes, etiam Erl., sol. Leid. H. *putabant*. — *tum demum* omnes, etiam Erl.; pp. edd. sec. Nonium exhh. *tum vero*; Leid. A. *tum periculo*; L. *tum d. in per*. — *compertum est* omnes, et Erl., praeter Leidd. C., qui om. v. *est*, et J., qui exh. *est compertum*. — vv. *in bello* desunt in Bas. II., v. *ingenium* in Cod. Heuss.; *quam plurimum* sol. exh. C. incert. I. Cort. — *ing. pl. posse in bello* solus Leid. H. — — 3) *Quodsi — cerneres*. *Quod si* omnes et scripti et editi fere; Kritz. *quodsi*. — ll. l. pll. *in pace ita ut*, item Erl., script. tamen *pare* pro *pace*; dulcior est lectio eorum, qui exhh. *in pace ita uti in bello*, e. c. Bas. II. IV., quos seqq. recentt., alii alium verbb. ord. sqq., ut Leid. M. *in pace val. ita ut in bello* cet. — pro *aequabilius* exhh. edd. qq. vett. *aequalius*, quod Colero placet; aliae tenebb. ante Gronov. *aequaliter*. — pro *neque aliud alio*, quod omnes, item Erl., sol. Leid. H. *nec illico aliud*. — pro *neque mutari*, quod exh. Erl. cum l. pll., h. pp. *nec mutari*. — pro *ac misceri*, q. l. pll., it. Erl., alii *atque m.*, ut Leidd. A. B., alii *ac commisceri*, ut Leidd. C. D. G. et Vinar. II. — — 4) *Nam — partum est*. Pro *facile his a. ret.*, quod exhh. ll. h. pp., et scripti, ut Leidd. F. L. N., omnes Cortiani aliique, et editi, ut Venet. a. 1471. et all., qq. seqq. recentt., exhh. Leidd. H. J. M., item Erl., *fac. retin. his art.*, alii *iis fac. art. ret.*, ut Leid. A. et Guelf. XII. — pro *initio*, quod l. pll. et optt. tenent, exhh. alii, item edd. qq. vett., *in initio*, alii, ut Leid. H. et Bas. III. *ab initio*. — — 5) *Verum — immutatur*. Pro *aequitate*, quod omnes f. ll., item Erl., tenn. Leidd. C. D., Senat II. et Vinar. II. *aequabilitate*, Leid. J. et Vinar. I. *aequalitate*. — *f. s. c. m. imm.* exhh. ll. l. pll., item Erl.; alii omitt. v. *simul*, ut Leid. H. et Flor. IX.; alii exhh. *cum m. sim*, ut Leid. J.; alii *sim. fort. c. mor.*, ut Basil. III.; alii *fort. imm. sim. c. m.*, ut Leid. M.; alii, item edd. vett. h. pp., *fort. sim. imm. c. mor.* — — 6) *Ita — transfertur*. Libri et optimi et plurimi, item Erl., *ad opt mum quemque a minus bono*; Leid. A. *ac mi-*

nus bona; ed. CARR. *ab minus*; at Cod. Flor. IX. exh. *ab optimo quoque ad minus bonum*, eademque lectio obvenit in edd. qq. vett., e. c. in Venet. Brix. a. 1495 et Ascenss. aa. 1509 et 1511. — — 7) *Quae — parent*. Pro *homines*, q. omm. f., item Erl., obv. *omnes* in Leidd. D. J., *homines omnes* in Vinar. II. — *et aedificant* sol. Leidd. A. D. E. — *parent* l. pll. et optt., item Erl.; Leid. A. *parantur*; Leid. D., Vinar. II., Guelf. VIII. *parant*, quod haud displicet KUNH. — — 8) *Sed — siletur*. Pro *indocti incultique*, quod f. omn., item Erl., exhh. *indocti atque inculti* Guelf. XII. et Bas. I. — *transiere* recte GERLACH. in comment, item FABRI, KRITZ. aliique, secundum codd. Leidd. B. H., Guelff. VI. et VII., Remens. et Incert. C. utrq., Turic. II., Bern. II., Rost., Venett. I. III., Vatic. I. II. IV. V., Barb. I. II. V, Min. I. II., Flor. VI. X. XIX. XX. XXI. XXXI., Neap. III. V. aliosque nec non edd. qq. vett., e. c. Venet. a. 1471.; verum CORTIUS, et qui eum seqq., item edd. qq. m. a., etiam GERL. in textu, legg. *transegere* sec. Codd. Leidd. octo, utrumque Fabric., utrq. Senat., Bas. I. II., Heuss., Acad., Vinar., Eccard., Guelff. quinque, item Erlangensem; alii, ut GRUT., WASS., HAVERK. aliique, sec. Codd. pll., e. c. Guelff. V. X., exhh. *transigere*; alii, item e. c. edd. Ascenss. aa. 1509 et 1511., *transierunt*; ut Guelf. XI. — recte *oneri*, nam codd. pll., item Erl., nec non edd. vett., *honeri*; male Bas. II. *honori*. — pro *eorum*, q. obv. in. ll. l. pll., it. in Erl., alii *quorum*, alii *horum* exhh. — v. *ego* abest in Leid. J.; pro eadem obv. *ergo* in Leid. C. — *mortem atque vitam justam* sol. Leid. A. — recte recentt. *aestumo*, nam exhh. libri optt., item Erl., *estimo*; alii *extimo*, ut Bas. III.; alii *existimo* s. *existumo*, ut Leid. M., Bas. II., sex codd. Guelff. aliique; Guelf. IX. *proximam esse existimo*. — *de utroque* sol. Leid. L. — *silent* sol. Leid. A. — — 9) *Verum — quaerit*. Leidd. A. K. *vivere mihi*. — *anima frui* Leid. M. — *quod aliquo neg*. Leid. B.; omnes fere, item Erl., *aliquo negotio*, item edd. l. pll., at Fabric. II., Acad. et Guelf. V. exhh. *qui in aliquo negotio int.*, Leid. G. *detentus*. — *bonae artis* exhh. Leidd. B. H. M. N., Min. I. Ven. II. Flor. XVIII. XX. aliique, item GERL. in Comment.; *artis bonam famam* solus Leid. K. — — 10) *Sed — ostendit*. Leid. K. *aliud iter alii*, M. *aliud natura alii*;

reliqui omnes, item Erl., *aliud al. natura iter ostendit.* — v. *iter* om. Heuss.

B. Adnotationes.

1) *Igitur.* Hanc particulam a Salustio initio orationis poni, satis constat. Antiquos scriptores videtur esse imitatus; apud Plautum certe is particulae positus frequentissimus est. Merc. II., 3, 20. Stich. I., 2. 29; sed etiam Livius atque Corn. Nep. haud raro hanc part. praeposuerunt, cf. Nep. Att. 3. Liv. II., 48. cet. Gerl.; Dafs *igitur* bei Cic. meist nach *einem* oder mehreren Worten stehe, doch höchstens an der *dritten* Stelle, ist bekannt; aber nicht ohne Ausnahme, z. B. de Invent. II., 3, 11. Vergl. Spalding. zu Quinct. Inst. I., 5, 39. cet. Herz. — *Reges.* Idem Cic. docet de Legg. III, 2. „Omnes antiquae gentes regibus quondam paruerunt; quod genus imperii ad homines justissimos et sapientissimos deferebatur. Gerl. Cf. pr. Aristot. Polit. I., 2. III., 14. IV., 2. Dion. Hal. V., 74. — *nomen imperii — fuit*, id nomen habuit, ita nominatum est primum imperium: eodem redit, si verteris *Regierungs-Form.* cet. Cort. — *Diversi* sententiis, dum alii vi corporis, alii virtute animi rem militarem magis procedere opinantur. Grasw. t. Haverk. — *pars — alii*, Sallustio haud infrequens; falsum tamen esse, quod Cortio praeeunte repetierunt Müllerus et Langius — (item Dahl., Kunhardt. aliique) —, nunquam Nostrum dicere *alii — alii*, vel Telleri index verborum — (sc. pag. 293.) — eos docere potest. Kritz. — *etiam tum* ist gewöhnlich: *immer noch*, mit Beziehung auf Vergangenes; wird die Gegenwart gemeint, so steht: *etiam nunc* cet. An unserer Stelle scheint Sinn und Zusammenhang eine Trennung beider Begriffe zu erlauben, so dafs *etiam* das verstärkende *auch*, *tum* die Zeitpartikel wird: *auch* war *damals* das Leben *noch* von keiner Leidenschaft bewegt. cet. Herz.; *etiamtum* conjunctim scripsimus, pro *etiam tum*, quod omnes habent — (v. Fabri, q. v. d. exh. *etiamtum*) —, excepto Cortio, qui in tria vocabula *et jam tum* divisit, sententiae et loquendi usus ignorantia. — Recte Dahlius et Müllerus, praeeuntibus Bipontt., viderunt, *etiam tum* esse *tunc adhuc* sive *eo adhuc tempore*, quod neminem poterat fugere, qui reputaret, haec verba opposita esse sequentibus *tum demum.* Latini enim utuntur particula *etiamtum*, ut indicent, aliquid prae-

:erito tempore fuisse, quod postea esse desiit. Cf. Jug. 63, 6. 51, 2. 54, 5. 40, 4. 21, 2. cet. cet. Ceterum voces *etiam tum* propterea in unum vocabulum conjungendae sunt, quod *tum* in hac sententia, ubi *etiam* particulae *adhuc* vim habet, encliticum est; ubi vero *etiam* pro *adeo* ponitur, utraque vox, seorsum collocanda, suam vim retinet. cet. cet. Kritz. — *sine cupiditate agitabatur.* Saepe *cupiditas* quemlibet adfectum vehementiorem et illicitum, plerumque tamen, et hoc etiam loco, *avaritiam, habendi cupidinem* cet. significat. Kunh.; *agitare* gehört unter die Wörter, deren sich Sallust besonders gern bedient. Zu bemerken sind vorzüglich bei ihm die Bedeutungen *leben*, *sich befinden*; doch immer, insofern diefs mit Thätigkeit verbunden gedacht wird, (Jug. 18, 9. 19, 5. 59, 1. 94, 4.) *sich benehmen*, (Cat. 23, 3. Jug. 65, 5.) dann in Verbindung mit Substantiven, die einen Affect ausdrücken (Cat. 61, 9. Jug. 14, 40. 109, 2. 29, 4. 81, 4. Cat. 9, 5.). Fabri. — *sua — placebant.* H. e. sua quisque sorte contentus erat, neque supra vires aliquid appetebat. Ciacc. — — 2) *Postea vero quam.* Eadem τμῆσις, quae alibi, e. c. Jug. 29, 3. — *Cyrus.* Multa narrantur de Nino, de Sesostride rege Aegypti, de Tanai rege Scythiae. Sed antiquiores historiae, ut recte ait Aristoteles, pro fabulis haberi solent supra Cyri majoris tempora. Sallustii temporibus prope omnia fabulis involuta erant. Muret. — *lubidinem.* Est lubido vox media, nam Cicero — „ex bonis *libidinem* et *laetitiam*: ut sit laetitia praesentium bonorum, libido futurorum: ex malis *metum et aegritudinem* nasci censent, *metum* futuris, *aegritudinem* praesentibus: — — — *voluntas* est, quae quid cum ratione desiderat; quae autem, ratione adversa, incitata est vehementius, ea *libido* est, vel cupiditas effrenata, quae in omnibus stultis invenitur.“ Quaestt. Tuscc. IV., 6. — *periculo atque negotiis.* Sonst werden sowohl bei anderen Schriftstellern unzählichе Male, als auch bei Sallust gewöhnlich *periculum* und *labor* wie bei den Griechen häufig πόνοι καὶ κίνδυνοι oder πονεῖν καὶ κινδυνεύειν verbunden. Cat. 10, 2. Jug. 44, 1. 85, 30. cet. Hier kam es aber nicht sowohl darauf an, die Thätigkeit als eine anstrengende und ermüdende, denn als eine bedeutende und schwierige zu bezeichnen, und dazu bot sich als das passende Wort *negotium* dar. Fabri. — — 3) *Imperatorum.* Non est i. q.

ducum belli — (ita cum all. Herz. propter antecc. Lacedd. et Athenn.) —, sed latiore sensu comprehenduntur hoc vocabulo omnes ii, qui civitatibus praesunt. cf. Cat. VI., 7. cet. ita Kritz. sec. Cort. — *aequabilius* — *haberent*. Sallust versteht auch hier das polit. Gleichgewicht der verschiedenen Stände und bürgerl. Verhältnisse; eben so das moral. in Beziehung auf die Affekte. Herz. — *mutari* cet. Die Ausdrücke *omnia mutare* und *omnia miscere* werden häufig, doch nicht ausschliefslich, von politischen Unruhen, Staatsumwälzungen gebraucht. (Cat. 37, 3. 10, 1. Tac. Hist. I. 53.) Fabri. — — 4) *Facile* — *artibus*. Facile ist oft unser: *füglich*, und verwandt (?) mit diesem. (Caes. B. G. VII., 48. Duker ad Flor. III., 14, 1.) *Artes* sind überhaupt: *Fertigkeiten*; dann: *Mittel*, insofern dass geistige oder artistische Gewandtheit dient; denn jede ausgebildete und geübte Geistes- oder Körperskraft wird *ars*; daher auch *Eigenschaft*, ja *Tugend*, in so fern sich beide im Benehmen und Handeln als *stehende Fertigkeiten* oder *Gewohnheiten* offenbaren. Cat. 3, 5. wo *malae artes* — schlechte *Streiche*, *Umtriebe* sind, als denen, die sie übten, — zur Fertigkeit geworden, gedacht. Tac. Hist. I., 30. Jug. I., 3. cet. Herz. — — 5) *Verum* cet. cet. „At postquam exui aequalitas et pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat; provenere dominationes, multosque apud populos aeternum mansere." Tac. Ann. III., 26. — *ubi*. Sallustio frequentissime pro *cum*, *quando*, *postquam* cet. Cort. — *continentia* — *superbia*. Hier, wo von regierenden und Staatsmännern die Rede ist, soll ohne Zweifel *continentia* die Enthaltsamkeit in Beförderung eignes Vortheils, und *aequitas* die Mässigung im Gebieten und Herrschen, Bescheidenheit, andeuten. Jenem steht *lubido*, Gierde, nämlich sich zu bereichern, diesem *superbia*, Uebermuth, Stolz, entgegen. Dahl. — *invasere*. Sc. animos imperantium, rerum publicarum administratores, cet.; *Invadere* hier ohne Object wie Cat. 10, 6. Jug. 41, 9. Mit Object Cat. 5, 6. 31, 1. 36, 5. cet. Fabri. — *Fortuna* — *immutatur*. Quoniam mores mutantur, statim etiam status et conditio — (sc. eorum, qui male imperant) — mutatur. Cort. — — 6) *Ita imperium transfertur*. Horum verborum sensus non est, ut Dahlius — (aliique h. pp.) — putat, moribus corruptis *rerum publicarum conditionem* mutari, imperio ad optumum quemque trans-

im Griech. ἐν, z. B. ἐν δείπνῳ, inter coenandum, ἐν σπονδαῖς, tempore pacis. Cet. Daher ἐν ᾧ *während*, dum. Cet. cet. Herz. — *per occasionem*. J. e. occasione oblata. Ita apud Liv. I, 53. *per occasionem eum incautos invasurum*. Cet. cet. Vv. dd. — *quid se dignum foret*. In memoriam tibi revoces necesse est, Caesarem, non Nostrum haec verba facere. — — 7) *Hoc idem*. Vide sub A.; *Item* h. l. falsum esse, non difficile est ad videndum. *Item* enim, quod praedicata tantum conjungit, non potest non pertinere ad *providendum est*; auctor vero dicere noluit, *nunc quoque providendum esse*, sed *de pari re* atque Rhodiorum et Carthaginiensium fuerit, Senatoribus eandem ac majoribus cautionem esse adhibendam. Consultationis igitur *objectum* a *priori* non diversum, non *item* particula, sed *idem* pronomine significari debebat. Cet. cet. Kritz. — *P. Lentuli*. Vide supra C. XVII, 3. — *consulatis*. Ejus rationem seu curam habeatis. Vv. dd. — — 8) *Digna poena pro factis*. Dignus vox media est, potestque dici tam *dignus honore*, quam *dignus ignominia*, sufficeretque h. l. solus ablativus. Verum absolute positum est *digna*, additumque *pro* comparationi inservit, ut quae utriusque rei ratio sit, accuratius intelligatur. Vv. dd. — *novum consilium*. Intelligit sententiam Silani, neque haec sine aliqua invidia dicit Caesar. Novum vero consilium nihil esse quam novum poenae genus, i. e. h. l. ultimum supplicium, cum lege Porcia cautum esset, ne civis morte mulctaretur, ipsa luce clarius est. Vv. dd. — *omnium ingenia exsuperat*. J. e. si scelera majora sunt, quam quae animo concipi posse videantur. — *quae legibus comparata sunt*. Quae legibus conveniunt. Negat enim Caesar, legibus convenire, civem Romanum morte affici. Cf. Cic. pr. Rosc. Am. 53. Lang. — — 9) *Composite atque magnifice*. Composite non de verborum numeris intelligendum, sed de argumenti tractatione ita instituta, ut nihil, quod ad rem pertineat, omissum, nihil alieni admixtum, omniaque disposite et ordine dicta sint, quod satis commode vernaculo *wohlberechnet* exprimitur. cet. Magnifice ad eam orationem spectat, qua res verbis augentur. Cet. Kritz. — *casum reipublicae*. Calamitatem, miserias, res adflictas. Vv. dd. — *saevitia esset*. Vide sub A.; hoc *esset* non deleri posse, quam optime ii docent, qui, ut Bipontini, *saevitia* pro abla-

tivo accipiunt interpretanturque: ,,quae per belli civilis saevitiam et finito bello victoriae jure victis acciderent." Hoc durriusculum esse et tum solum locum habere posse, si Noster dixisset *quae belli saevitiâ victis accidissent*, recte monuit LANGIUS. — *enumeravere*. Pertinet hoc verbum ad proxime antegressa, sc. *quae victis acciderent*, ad illa vero, *quae belli saevitia esset*, non nisi per zeugma. Cet. *enumerare*, καταλέγειν, i. e. q. inde a principio per seriem numerare, s. enarrare. Vv. dd. — *rapi* — — — *compleri*. ,,Videor enim mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium, subito uno incendio concidentem, cerno animo sepultam patriam, miseros atque insepultos acervos civium, versatur mihi ante oculos adspectus Cethegi et furor in vestra caede bacchantis. Quum vero mihi proposui regnantem Lentulum, sicut ipse se ex factis sperasse confessus est, purpuratum esse hunc Gabinium, cum exercitu venisse Catilinam, tum lamentationem matrum familias, tum fugam virginum atque puerorum ac vexationem virginum Vestalium perhorresco." Cet. cet. Ita Cicero in Or. IV. c. Catil. c. 6, quam post Caesaris orationem habuit. — — 10) *Quo illa oratio pertinuit?* Quid respexit, quid valuit, cur prolata sunt ista? CORT.; *pertinere* wird gesagt *de iis, quae aliquem tangunt, adficiunt, in utramque partem, quae adeo alicujus intersunt, ita ut aliquam in iis curam ponat*, cet. cet., unser *was betrifft*. Cet. HERZ. — *scilicet*. Ironice dictum. Caesar auditores fallere et trahere in suas partes conatur. Non enim dubium est, quin oratio, quae rem depingit et ante oculos ponit, plus valeat ad animos accendendos, quam res ipsa, quae nondum adest, sine oratione. Vv. dd. ad v. LANG. — — 11) *Injuriae suae*. Quae sibi inferuntur, quas passus est, accepit. Passivo sensu positum est. Vv. dd. — *gravius aequo habuere*. Nostrum *nahmen sie empfindlicher auf als recht war*, gravius tulerunt. — — 12) *Sed aliis alia licentia est*. Sed — (transitioni inservit) — non omnibus eadem facere licet. LANG.; *licentia* proprie est lubito agendi facultas, ex vulgi opinione ac pro hominis dignitate alicui data. Itaque vox media est. Verum ea lubito agendi facultate cum homines saepius male utantur, sub licentia arrogantiam quoque intelligimus. Vv. dd. — *qui demissi in obscuro vitam habent*. Demissos vocat non humili loco

natos, sed humili sorte et vitae conditione utentes. Vv. dd.; *vitam habere* i. e. ac agere vitam, vivere. Vv. dd. — *delinquere.* Delinquit proprie, qui patrat factum illicitum, sponte admissum, quo quis et ad restitutionem, si fieri possit, et ad poenam obligatur. Vv. dd. — *fama atque fortuna eorum pares sunt.* Facta eorum aeque obscura sunt ac fortuna. Lang. — *magno imperio praediti.* Plerumque *praeditus* de iis dicitur, quae natura in rebus aut hominibus insunt; latiore tamen usu etiam de iis, quae extrinsecus accedunt sive quae parantur, usurpantur. Kritz. — *in excelso.* In hominum quam plurimorum conspectu. — *eorum facta* — *novere.* Laudd. vv. dd. „τὰ τῶν βασιλέων ἁμαρτήματα πάντες ἴσασι.“ Eurip. ap. Stob. Serm. 46. „habet hoc primum magna fortuna, quod nihil lectum, nihil occultum esse patitur.“ Plin. Paneg. 85. Cf. Cic. off. II. 13. — — 13) *Studere.* Nostrum *Partei nehmen*, favere, amicum esse iis, de quibus judicium nobis ferendum est. Raro *studere*, absolute positum, hac gaudet significatione. Sequiorum tamen temporum scriptores ea quoque significatione hoc verbo usi sunt, qua proprie dicendum *studere literis*, ut Suet. Vit. Tib. 61. Plin. Ep. VII, 9. Vv. dd. — *minume irasci decet.* Cave adverbium cum interpretibus quibusdam ad *irasci* trahas, cum potius cum *decet* sit conjungendum. — — 14) *Quae apud alios* — — — *ea in imperio.* Pro *quod*, si committitur ab iis, qui demissi in obscuro vitam habent, *iracundia dicitur*, *id*, si ab iis delinquitur, qui imperio praediti sunt, *superbia atque crudelitas appellatur.* Vv. dd. — — 15) *Omnis cruciatus.* Ein sehr gewöhnlicher Ausdruck von gewaltsamen *qualvollen Hinrichtungen* unerlaubter Art; Caes. B. G. I, 31. med. V, 45, 56. Dann ist es synon. von *tormenta*, z. B. Tacit. Ann. I, 23. cet. Herz. — *postrema meminere.* Postrema sunt, quae novissime acciderunt, quaeque adeo memoriae sunt proxima. Cf. Tac. Ann. XV, 44. Vellej. Pat. II, 7. Vv. dd. — *in hom. impiis.* Quod attinet ad: quod si quaeritur de h. imp. Vv. dd.; cf. Zumpt. §. 317. — *sceleris obliti de poena disserunt.* Homines, si reus in eo est, ut mulctetur, priora obliviscuntur, i. e. scelera, postrema vero, i. e. poenam, meminerunt, h. e. in memoria tenent. Vv. dd. — *severior fuit.* Recte monet Dahl., v. d., rectius Caesarem dicturum fuisse *severior visa fuit.* — — 16)

Silanum virum fortem atque strenuum. Vide supra Cap. L, 4; J. e. virum intrepido animo et constanter, quae e republica sunt, peragentem. GERL. — *Studio rei publicae.* Aus Patriotismus. DAHL. — *in tanta re.* Cum res tanta agatur, cum reipublicae et singuli cujusque salus in periculo versetur. Vv. dd. — *eos mores, eam modestiam.* Tales hujus viri mores esse, talem modestiam, bene scio. Constat, *is* saepe poni pro *talis, ejusmodi* cet. *Modestia* vero h. l. i. e. q. moderatio, ea virtus, qua fit, ut in neutram partem modum excedamus. Vv. dd. — — 17) *In talis homines.* In homines tam malos, tam nefarios, tantorum scelerum reos. Vv. dd. — *aliena a republica.* Non conveniens, non apta rei publicae commodis ejus et legibus contraria. — — 18) *Nam pr. aut metus, aut injuria te subegit.* MÜLLERUS interpretatur (*injuria* vocem) *negligentia juris* — (multo ineptius LANGIUS *justae poenae ignorantia*) —, quod HERZOG. recte dicit et ab dicendi usu abhorrere, et sententiam Silano contumeliosam continere. Ad hoc oppositionis ratio, callida argumentandi arte instituta, prorsus perit. Caesar enim ut Silanum perperam judicasse demonstret, hoc dilemmate utitur: aut nimis magna opinio de rei periculo (i. e. *metus*), aut res ipsa (i. e. *injuria* sive *sceleris gravitas*) te subegit; sed neque erat, quod timeres (cf. §. 19.), eoque tantis poenis non opus erat, et si non timebas, sed rei ipsius atrocitate permotus sententiam tulisti, non satis graves poenas constituisti (cf. §. 21. seq.), ergo tua sententia non talis est, quae probetur. KRITZ.; *subegit* gravius, quam coëgit, impulit, permovit. Vv. dd. — *Consulem designatum.* Vide supra Cap. L, 4. — *genus poenae novum.* Poenam inusitatam, non legibus paratam. Cf. supra ad §. 8. — — 19) *De tim. superv. est disserere.* Non opus est, docere, nihil a conjuratis timendum esse, *quum praes.* cet. — *praesertim diligentia.* Vide sub A.; Primum aliquantum apud nos valet tantus codicum consensus; tum *praesens* ea potestate, qua volunt interprr., ut sit i. q. *adjuvans, efficax*, otiose additur vocabulo *diligentiae*, quamquam cum aliis substantivis conjunctum haud raro ista significatione legitur; temporis autem significatione mirum quantum languidum foret: denique, quod gravissimum est, sententia exsistit Silano valde ignominiosa, siquidem Caesar caussam, cur illi non ti-

mendum fuerit, neutiquam in illius virtute, sed tantummodo in Consulis diligentia positam dicat, quod in ignavum potius cadit, quam in eum, quem paullo ante virum fortem atque strenuum appellasset. Contra est, si *praesertim* scribitur; tum verba antecedentia hunc sensum habent: de timore dicere nolo, *quia tu ab omni timore alienissimus es*; *quo accedit hoc*, quod Consulis diligentia effectum est, ut nemini, ne timidiori quidem timendum sit; igitur timor te non subegit. Cet. *Quum praesertim* autem, quo ad caussam aliquam vel diserte memoratam vel cogitatam alia quadam cum vi adjungitur, non minus probum est quam vulgatius *praesertim quum*. Cet. cet. Kritz. —— 20) *Possumus equidem.* Accuratius ad usum *equidem* particulae attendentem fugere nequit, duplici eam modo poni, aut ita, ut primae singularis numeri personae vere apposita ejus vim augeat, aut ita, ut sola integrae enuntiationis, relicuae orationi interjectae, vicem sustineat, nulla proximi verbi personae ratione habita, ut sensus fere sit; *mea quidem sententia*, sive, *ut ego quidem arbitror*. Cf. LII, 11. 16. LVIII, 4. Liv. V, 51, 4. Propert. II, 23, 5. cet. cet. cet.; ——— singula refellere non opus videtur, quia, particulae significatione duplici declarata, luce clarius est, *equidem* ex *ego quidem* esse conflatum; ubique enim *quidem* ad primam singularis numeri personam spectat, sive positam, sive cogitatione supplendam, neque obstat, quod interdum *ego* additur; in promptu est enim, singularem addito pronomine vim orationi conciliari, ubi *equidem* non sufficere videretur. Cet. Kritz. — *id quod res habet.* Cave interpungas cum l. pll. *id, quod res habet.* H. e. ita loqui, ut res est, se res vera habet, οὕτως ἔχει. Vv. dd. — *in luctu* ——— *locum esse.* Cäsar spricht hier in dem leichtsinnigen Tone eines Mannes in der grofsen Welt, der zugleich mit dem Aberglauben des Pöbels den gegründeten Glauben des Denkers verwirft. Dahl.; ita quidem Caesar, neque aliter Cicero, qui, Quid tandem, inquit pro Cluentio c. 60., illi mali mors attulit? Nisi forte ineptiis ac fabulis ducimur, ut existimemus, illum apud inferos impiorum supplicia perferre, ac plures illic offendisse inimicos, quam hic reliquisse: a socrus, ab uxorum, a fratris, a liberûm Poenis actum esse praecipitem in sceleratorum sedem atque regionem. Quae si falsa sunt, id quod omnes in-

telligunt, quid ei tandem aliud mors eripuit, praeter sensum doloris? Cf. Cic. post red. in Sen. c. 14. Contra Cic. de Amic. c. 4. —— 21) *In sententiam addidisti.* Summa cum ironia dictum. Sensus est: Cur non, ut plenior sententia tua, ut poena, qua mulctandos illos esse censuisti, scelere dignior fieret, hoc quoque addidisti, ut verberibus prius in eos animadverteretur? Eam ob causam Kritzius recte recepit vulg. lect. *in sententiam,* de qua vid. sub. A. Accusativus enim, inquit, cum in praepositione sententiam non ut jam factam et absolutam proponit, sed ut talem, quae adhuc ferretur. — *uti prius verb. in eos animadverteretur.* Iste enim ordo erat in summo supplicio apud Romanos, ut prius virgis caederentur, qui securi essent percutiendi. Cortius; Cet constat, verbera inflicta esse fustibus et virgis, ita quidem, ut fustibus in castris, virgis in urbe uterentur. —— 22) *Lex Porcia vetat.* Hanc legem tulit P. Porcius Laeca, tribunus plebis, a u. c. 556 — (neque vero a. 454, ut vult Cortius, quo anno lex Valeria de provocatione lata est) —, *„ne quis magistratus civem Romanum virgis caederet necaretve."* Itaque recte Livius X, 9, 4. *„Porcia lex sola pro tergo civium lata videtur, quod gravi poena, si quis verberasset necassetve civem Romanum, sanxit;"* et Cic. pro Rab. c. 4. med. *„Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit:"* nec non idem in Verr. V, 63, 162. *„Porcia lex libertatem civium lictori eripuit."* — *aliae leges.* Veluti lex Sempronia, quam C. Gracchus tulit, *ne quis de capite civis Romani injussu populi judicaret.* Vv. dd. — *sed exilium permitti jubent.* Vide sub A.; *Permittere,* quod est gratiae quasi et clementiae atque humanitatis, de industria a Caesare adhibetur, scilicet ut leniore hoc vocabulo opposita verba *animam eripere* majorem atrocitatem et invidiam habeant. Cet. Kritz.; Cortium hoc fugisse videtur, recte dici *exilium permittitur,* cum hominibus, summo supplicio dignis potestas fit, in exilium abeundi. Gerl.; cet. constat, judices, damnatis poenam irrogantes, non *exilio* nomine, sed *aquae et ignis interdictione* formula usos esse. Qui se habuerint illi aqua et igni interdicti in terris alienis, patet e Lactant. Div. Just. II, 9, 23. *exules perinde habebantur, ac si essent, qui eam sententiam exceperant, morte mulctati.* Civitate eos privatos fuisse,

non est, quod addamus. — — 23) *Acerbum.* Latine dicitur nimis intensum, durum; quo idiotismo vernacula nostra *strenge.* — *convictos.* Dicitur *convictus,* cujus crimina ita manifesta sunt testibus ceterisque documentis facta, nt negari non possint. Vv. dd. — — 24) *Sin, quia levius est?* Particula *sin,* quae proprie spectare debebat ad antecedens quoddam *si* vel vere positum, vel supplendum cogitatione, h. l. poni potuit, quia praegressa illa interrogatio *an, quia gravius est* cet. ab enunciatione conditionali non diversa est. Vv. dd.; Sensus est Si autem propterea de verberibus in sententiam non addidisti, quia levius est verberari, quam necari; cet. Cort.; Hoc sophisma est. Nam sermo est *de verberibus cum nece conjunctis,* non de verberibus *sine nece.* Hinc verbera a nece disjungi non possunt, nec dici: *sin quia levius est verberari.* — *Qui convenit.* Cic. de Jnv. I, 2. *qui* tandem fieri potuit. Namentlich zur Beziehung des absoluten *wie,* ohne specielle Rücksicht auf irgend einen Fall. Sehr häufig ist diese alte Ablativform — (quem ablativum alii derivant a *qui* pronomine, ut Zumpt. p. 115, et Ramsh. p. 495, alii a *quis,* ut Cort. ad h. l. et Jahn. ad Virg. Aen. XI, 822.) — in Verbindung mit *cum.* Cic. de Am. I. habere, *quicum* omnia audeas sic loqui, ut tecum. Cet. cet. Seltner statt *quacum,* und ganz obsolet statt *quibuscum* Plaut. Capt. V, 4, 6. aut anates, aut coturnices dantur, *quicum* lusitent. Cet. cet. Herz. — *in minore negotio.* In flagellatione. *Negotium* pro *re* servit circumscriptioni, ut Jug. VI, 2. Conclusio autem talis est: quomodo convenit, in eo, quod levius judicas, in verberibus decernendis, nolle contra legem facere, quae ista a tergo civium Romanorum removit, cum leges, quae supplicium ultimum prohibent, transgressus sis? Cort. — *in majore.* In ultimo supplicio. Vv. dd. — — 25) *At enim.* Utuntur hac formula, qui aliis, sententiae prolatae responsuris, occurrunt, et quidem elliptice, pro *at,* ita *enim* fortasse aliquis dicat, opponat, respondeat. Cet. cet. Vv. dd. — *parricidas reipublicae.* Cf. supra Cap. XXXI, 8. et ad XIV, 3; Hujus sceleris nomen, non solum ad parentum et cognatorum, sed etiam ad civium caedem, imo ad alia crimina referebatur, quibus pietas erga patriam et sanctissimum quodque officium violatur. Gerl. — *tempus, dies.* Illud est universum et incertum, hoc singulare et certum. Idem

hoc significatu junxit Liv. XXII, 39. *Tempus autem iram lenit et dies proxima saepe poenitentiam affert.* Müller. — *fortuna, cujus lubido gentibus moderatur.* Quis fortunae mutationes, quis dubios rerum humanarum casus satis mirari queat? Tacit. Vellej. II, 75, 2. (Sunt) magna documenta instabilis fortunae, summaque et ima miscentis. Tacit. Hist. IV, 47. — — 26) *Illis.* Conjuratis. — *ceterum.* Häufig bei Sallust gleichbedeutend mit *sed.* Jug. II, 4. XIV, 1. 12. XV, 4. Vergl. Zumpt. §. 340. Fabri. — — 27) *Omnia mala exempla ex bonis orta sunt.* Vide sub A.; Locus ob insequens *sed*, pro quo exspectares *nam, quippe*, aliamve particulam, aditu satis difficilis, multumque de eo vv. dd. digladiati sunt. Sequimur Langium, qui interpretatur: omnia exempla i. e. omnes poenae (novae), quae ad alios a simili scelere deterrendos adhibitae sunt, a principio bonae s. salutares reipublicae fuerunt. Sed mox malae s. damnosae factae sunt. Vocem enim *exemplum*, nullo Genitivo addito idem valere quod *poenam*, satis probavit *Herzogius*, licet non concedente Kritzio. Recte laudatur Vellej. Paterc. II, 3. *Non enim ibi consistunt exempla, unde coeperunt; sed quamlibet in tenuem recepta tramitem latitissime evagandi sibi viam faciunt, et ubi semel recto deerratum est, in praeceps pervenitur, nec quisquam sibi putat turpe, quod alii fuit fructuosum.* Vertimus ergo cum Herzogio: *Alle übel angewandten Strafexempel sind aus gerechten hervorgegangen; indeſs, wann die Regierung an Unwissende oder minder Rechtliche kommt, dann wird ein solches neues Strafurtheil von Leuten, die es verdienten u. dazu geeignet waren, auf unschuldige u. nicht geeignete übergetragen. — ab dignis et idoneis ad indignos et non idoneos.* Ab hominibus, qui poena digni atque ad eam apti sunt, qui rei publicae commodo puniuntur, ad eos, qui eadem poena non digni, ad eam non apti sunt, quorum ex nece incommodi plus quam commodi reipublicae oriturum videtur. Vv. dd. — — 28) *Laedaemonii devictis Atheniensibus triginta viros imposuere.* Male commata posuerunt vv. dd. post *Lacedaemonii* et *Atheniensibus*; voces enim *dev. Ath.* Dativi sunt, a verbo *imposuere* apti, neque vero Ablativi absoluti. Id quod jam ante Kritz. vidit Kunhardtus; Factum hoc esse anno post Chr. n. 405, Ol. 93, 4, satis constat. De *triginta* illis *viris*,

s. *triginta tyrannis*, s. *Triginta* simpliciter dictis, eorumque imperio crudelissimo vide Justin. V, 8. Corn. Nep. Vit. Thrasyb., Xeneph. Hellen. II, 4. — *remp. eorum tractarent.* Tractare vox media est, dicimus enim, *aliquem liberaliter tractare*, ut Cic. ad Div. XIII, 31, et significat h. verbum, *aliquem ludere*, *aliquem suo arbitratu coercere.* Cet. Vv. dd. — — 29) *Hi primo* — — — *necare.* *Πρῶτον μὲν, οὓς πάντες ᾔδεσαν ἐν τῇ δεμοκρατίᾳ ἀπὸ συκοφαντίας ζῶντας, καὶ τοῖς καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς βαρεῖς ὄντας, συλλαμβάνοντες ὑπῆγον θανάτου.* Xenoph. Hell. II, 3, 11; *indemnatum* i. e. indicta causa et publico judicio non convictum. Vv. dd. — *ea populus laetari.* Vide sub A.; *ea* Accusativus est, qui stilum Sallustianum spirat. Cet. constat, *laetari* saepius construi vel cum solo Ablativo, *laetari qua re*, vel cum praep. *in* et Abl.; tamen Cicero Epp. ad Famm. VII, 1. in. *utrumque laetor.* Vv. dd. — — 30) *Licentia.* Vide ad 12. — *juxta.* Vide ad II. 8. — *lubidinose.* Ez lubidine, arbitrio. — *metu terrere.* Metus est effectus timoris injecti, Folge eingejagten Schreckens, innere Angst. — — 31) *Civitas.* Atheniensium. — *stultae laetitiae.* Stultam laetitiam vocat, quae fuerat sine judicio et consideratione, quod res sit pessimi exempli, indicta causa cives condemnari. Cort. — — 32) *Nostra memoria.* Nostris temporibus, sive iis temporibus, quorum nos quoque memoriam habemus. Hoc enim differt memoriâ a tempore, ut adhibeatur de iis potissimum rebus, quibus aliquis ipse interfuisse dicitur. Vv. dd. — *Damasippum.* Praetor urbanus fuit a. u. c. 671. Marii partibus addictus, ita in Sullanos saeviit, ut ex voluntate Marii junioris, a Sulla Praeneste obsessi, Romae, Senatu contracto in curia Hostilia, omnem nobilitatem, Sullae partibus faventem, quae tum in urbe erat, trucidari juberet. Vid. Liv. Epit. LXXXVI, 5. Vellej. Pat. II, 26. Val. Max. IX, 2. Vv. dd. — *malo rei publicae creverant.* Müllerus — (etiam Lang. aliique) — perperam pro Dativo habet, explicans *ἐπὶ κακῷ τῆς πόλεως* — (sec. Thucyd. II, 13.) —. Rectius Cortius *malo* pro Ablativo habet; sententia enim multo gravior redditur, si istorum potentia pernicie reipublicae allata niti, quam si parata magnitudo ad perniciem reipublicae valuisse dicitur. Cet. Kritz. — *exagitaverant.* Exagitare est i. q. ex quieto, quo quis usus est, statu aliquem invitum ex-

citare atque loco suo depellere, h. e vexare, perturbare. Vv. dd. — *merito*. Ex eo, secundum id, quod quis meruit, quo dignus est, sive bono, sive malo. Vv. dd. — — 33) *Aut vas, aut vestimentum*. Cf. supra cap. XI, 6; Vasorum tantus Romae luxus et cupido, quantus villarum aliorumque luxuriae instrumentorum. Cortk. — *uti is in proscr. numero esset*. Quo indicationis pretium nancisci, h. e., proscripti divitias, domum, villas, vasa cet. sibi arripere posset Vv. dd. — — 34) *Trahebantur*. Sc. ad supplicium, mortem Cf. Cic. ad Div. VII, 32, 5. Est enim *trahi* reorum, quando vel in carcerem, vel ad supplicia ducuntur. Cort. ad l. l.; cf. Tacit. Ann. I, 44. — *divitiis explevit*. Nicht *implevit*, welches blofs die *Einfüllung* der Masse, nicht *replevit*, was die *Erfüllung* mit irgend etwas, mit Voraussetzung früherer Leere, bezeichnet, sondern *explevit*, d. i. *ausgefüllt*, *gesättigt*. Cet. Herz. — — 35) *Atque ego*. Verbindend — (*atque*) — u. zugleich beschränkend, „*nun zwar*." So besonders oft vor einem Pronomen. Jug. IV, 3. XIV, 3. XXXI, 21. LXXXV, 12. Fragmm. IV, 12, 11. Fabri, praeeunte Cortio. — *in M. Tullio*. J. e. quod ad M. *Tullium* adtinet, sive respectu M. Tullii Vv. dd. — *sed — — sunt*. Nulla est civitas, quae non et improbos cives aliquando, et imperitam multitudinem semper habeat. Liv. XLV, 24. — — 36) *Cui item*. Eodem modo, pariter. — *exercitus in manu sit*. Vide sub A.; qui cum Cortio legunt *in manus*, probent, hoc non duriusculum esse. Rectius monent vv. dd., *in manu esse* dici id, cujus penes quem sit potestas vel arbitrium, sive sit res aliqua externa, sive ad mentem animumque referatur. — *falsum aliquid*. Substantive positum est *aliquid* pro *aliquid quod falsum est*. Vv. dd. — *hoc exemplo per Senati decretum*. J. e. Si ita ut nostro tempore falsa suspicione commotus, falsum aliquid pro vero habens, alius Consul Ciceronis exemplum sequetur simileque huic nostro Senatus decretum provocabit, quid tunc fore putatis? Vv. dd. — *gladium eduxerit*. Oppon. formulae *gladium educere* alia *gladium condere*. Vv. dd.; Versteht sich, dafs *gladius* hier Symbol des gewaltsamen u. blutigen Verfahrens überhaupt ist, wie etwa Vellej. Pat. II, 3, 3. Herz. — *quis illi*. Consuli illi, per Senatus decretum juris quadam specie talia patranti. Vv. dd. — — 37) *Majores nostri*. Majores nostri imitati quidem sunt

aliquamdiu exemplum Graecorum in puniendis condemnatis, sed sequenti tempore ob abusum inde timendum id rursus reliquerunt. Lang. — *neque consili, neque audaciae umquam eguere.* Wenn *egere* bald mit dem Genitiv, bald mit dem Dativ verbunden wird, so ist der Grund nicht Willkür, sondern logisches Gesetz. *Egere* mit dem Ablativ, z. B. Jug. XIV. in. *beneficia, quibus egerem*, und Catil. I, extr. *eget*, wenn die Lesart gilt, *auxilio*, bezeichnet ein äufseres, concretes, factisches Bedürfnifs, durch dessen Befriedigung uns geholfen wäre, also ein Rücksichtnehmen auf Mittel und Zweck. Soll aber das Bedürfnifs überhaupt, *sensu abstracto*, angezeigt werden, so steht der Genitiv. Jug. LVII. *nullius idoneae rei egens.* CX. *eguisse aliquando amicitiae tuae.* Cet. cet. Herz.; *audaciae.* H. l. in bonam partem dictum. — *si modo proba erant.* Si modo ist *bedingend* u. *hypothetisch*; dagegen dummodo *temporel* u. den gewünschten Erfolg bezeichnend. Cet. Herz. — — 38) *Arma atque tela militaria ab Samnitibus.* Arma umfassen offenbar den *Schild* und die übrigen Schutzwehren des Körpers, z. B. Helm, *galea*, *cassis*, Harnisch oder Panzer, *lorica*, Beinstiefeln, *ocreae*, *caligae*, cet. die man auch *ornamenta* nannte. Lips. Saturn. II, 17. Die *tela* sind die Angriffswaffen, wie bekannt. Liv. IX, 40, wo die treffliche Waffenrüstung der Samniten beschrieben wird. Cet. Herz.; *Samnites* originem habuere a Sabinis. Ferocissimam inter omnes Italicos Samnitium gentem fuisse, intelligitur e Livio. (Lib. VIII. et IX.) Cf. Flor. I, 16. Apud Athen. leg.: *παρὰ Σαμνιτῶν ἔμαθον θυρεοῦ χρῆσιν.* Cet. Vv. dd. — *insignia magistratuum ab Tuscis.* Duodecim secures cum fascibus, tunicam purpuream sellamque curulem. Nam Tusci — (Etruriae incolae, qui et Tyrrheni vocabantur, quorumque opes ante Romanum imperium terra marique floruere) —, ut refert Dionysius, cum bello novennali a Tarquinio Prisco fracti essent pacemque impetrassent hac conditione, ut eum agnoscerent suarum civitatum principem, insignia suorum regum ad eum detulerunt. Ornatum vero triumphalem ac consularem a Tarquiniis Romam fuisse translatum, Strabo testatur Lib. V. Quum Tarquinii legem de recipiendis insignibus illis populus jussisset; tum demum corona aurea, sceptro, sellaque eburnea, toga picta purpurea lictoribusque duodecim per omnem dein-

ceps vitam usus est. Expulsis regibus ornamenta isthaec, excepta corona togaque picta, ad Consules translata sunt. Cf. Flor. I, 5. Kunh.; cf. Liv. I, 8. — *ubique.* Et ubi. Vv. dd. — *cum summo studio.* Ita saepe utuntur scriptores optimi praepositione cum, pro qua nos dicimus *nicht ohne.* Cf. Jug. LIX, extr., Tac. Ann. XI, 12, Liv. XXV, 22. Vv. dd. — *domi exsequebantur.* Das führten sie bei sich ein. Dahl. — *imitari quam invidere bonis malebant.* Nemo non videt, haec ita dicta esse, ut substantivum, cum potiore verbo conjunctum, alio casu ad prius supplendum sit, sc. *imitari bona,* intellige *instituta, exempla* cet., quam *invidere bonis,* h. sibi v., aegre ferre, quod alii bonis institutis gaudeant. Vv. dd. —— 39) *Sed eodem illo tempore, Graeciae morem imitati,* ——— *supplicium sumebant.* Prae oculis habere Caesarem illud tempus, quo, a. u. c. 300, tres legati missi erant in Graeciam, *jussi,* ut inquit Liv. III, 31, *inclutas leges Solonis describere et aliarum Graeciae civitatum instituta, mores, juraque noscere,* ex eo patere videtur, quod, legatis illis reversis Romam, jam novarum legum ex auctoritate Decemviri in cives furere coeperunt. Ita quidem Livius III, 37. *Et jam,* inquit, *ne tergo quidem abstinebatur: virgis caedi, alii securi subjici, et ne graduita crudelitas esset, bonorum donatio sequi domini supplicium* cet. cet. —— 40) *Adolevit.* Sic saepe occurrunt verba *crescere, augeri, senescere* cet., ap. Graec. *αὐξάνειν, μαραίνεσθαι* cet. Vv. dd. — *factiones.* Factio proprie vocatur copia eorum, qui ex aliqua causa ad partes alicujus sunt. Cf. Liv. I, 35. Tum significamus *factionibus* singulas in civitate civium partes, ut *nobilium, plebejorum factiones* cet., cf. Liv. VII, 32. Vv. dd. — *circumveniri innocentes.* Vide sub A.; *circumvenire* —— a Gerlachio receptum nollem. Quod enim *circumvenire* ita pendere volunt a *coepere,* ut dicant, supplendum esse *quidam,* sc. *ex illis factionibus,* id propterea non potest fieri, quia isto modo *coepere* duo subjecta simul haberet, indefinitum et definitum, quod sanae rationi repugnat absurdumque est. Kritz. — *tum lex Porcia aliaeque.* Vide supra ad 22; cave cum codd. qbd., etiam Erlang., item edd. h. pp., ponas puncti signum pro eo, quod ponendum est, commate post *coepere* et ante *tum.* — *exil. damn. perm.* Vide supra ad 22. —— 41) *Hanc ego cau-*

sam. J. e. legem Porciam aliasque, e. c. Semproniam cet.; Oft findet man *hic* mit vielem Nachdruck zu Anfang eines Satzes gestellt, um die Aufmerksamkeit auf das genannte Subjekt oder Objekt zu spannen. HERZ. — *magnam puto.* Praecipuam. Vv. dd. — — 42) *Ex parvis opibus.* Majores nostri ex minima tenuissimaque republica magnam florentissimamque nobis reliquerunt. Cic. or. pr. Rosc. Amer. 18. — *tantum imperium* — — — *ea bene parta.* Haec — (sc. *ea b. p.*) — sensu tantum non grammatica ratione ad antegr. vocem *imperium* referuntur; quae enim antea in unum complexus erat, ea nunc in suas partes disjunctas cogitat. Cf. RAMSH. Gr. L. p. 357. KRITZ. — *vix retinemus.* Vix i. e. non multum abest, quin; paene non. Cet. HERZ.; Videte, ne ut illis pulcherrimum fuit, tantam vobis imperii gloriam relinquere, sic vobis turpissimum sit, quod accepistis, tueri et conservare non posse. Cic. pro Lege Man. V, 12; *retinemus* i. e. retinere possumus. valemus. — — 43) *Publicandas eorum pecunias.* Aerario adjudicandas, in aerarium redigendas, cet. Res notissima. Cf. Suet. Caes. 14. Cic. or. in Cat. IV, 4, 8. Dio Cass. XXXVII, 36; Quidquid homines possident in terra; quorum domini sunt, *servus* sit, *vas*, *ager*, *arbor*, *pecus:* quidquid horum est, *pecunia* vocatur. Heinecc. Antiqq. ed. HAUBOLD. p. 164; Nostrum *Vermögen*, Hab u. Gut. — *in vinculis habendos per municipia.* CORTIUS et LANGIUS — (alii qq. h. pp.) — perperam intelligunt de libera custodia — (de ea cf. supra XLVII, 3.) —, quae certe sine vinculis erat. Rem per se claram extra dubitationem ponit Cic. in Catil. IV, 4, 8. *adjungit gravem poenam municipibus, si quis eorum vincula ruperit; horribiles custodias circumdat* cet. KRITZ. — *neu quis* — *ad Senatum referat* — *cum pop. agat.* cet. cet. Referre ad Senatum, consulere Senatum, agere cum populo, aliter facere, non facere, existimare, judicare cet. cet. formulae solennes sunt. De re agit Cicero in Catil. IV, 4. *ne quis eorum poenam, quos condemnat, aut per Senatum aut per populum levare possit.*

Caput LII.

A. Lectiones variae.

1) *Postquam — habuit.* Erlang. cum ll. optt. *verbo alius alii varie assenciebantur*; ed. n. Rom. Br. 1494. *verbo ejus alius varie assentiebant*; etiam Guelf. IX. aliique, it. ed. n. Venet. 1471. *verbo ejus*; edd. nn. Ascenss. *verbo ejus alius aliter assentiebantur*; Leid. M. *pariter ass.*; Leid. F. *assentiebatur*; Inc. I, Struv., Senat. II, Guelf. III. VIII, Eichhoff., Bern. II. aliique pp. *assentiebant.* — Erl. *Atmarcus portius cato rogatus sentenciam*; Guelf. XII. *interrogatus*; Guelf. VI. *sententia.* — edd. nn. vett. fere *habuit orationem.* — — 2) *Longe — reputo.* Erlang. *Longe mihi aliena*; item Leidd. E. F. H., Guelf. VIII. X. XII, Eccard. a m. pr., Bas. II. III, Inc. I; it. edd. vett. nn. praeter Venet. 1471. oo.; accedd. codd. γ. λ. L. 2. Wassii aliique, reliqui fere *longe mihi alia*, quos seqq. recc.; pp. *longe alia mihi*, ut Bern. IV; Guelf. XI. *longe alia*, omisso *mihi.* — Erl. h. l. non, ut sol., *o. p. c.*, sed solumm. *p. c.* — Erl. *cum res*; item codd. oo; Cort. mallet *rem.* — ed. n. Venet. 1471. *pericula vestra*, B. Pub. *nostri.* — Erl. cum optt. ll. *cum sentencias*; edd. nn. vett. oo. praeter Venet. 1471. *cum sententiam.* — Erlang. *ipse mecum reputo*; item l. pll., ut Leidd. ad unum oo., Cortiani praeter Fabr. I, Inc. II, Guelf. III. V. VII. VIII. IX, Heuss., Rem. I. II, aliique multi, quos seqq. edd. ad Cortium usque f. oo.; hic. vir d., neque vero Gerlachius, quod noluit videre Kritzius, recep. *mecum ipse;* acced. ad codd. Cort. Med. V. — Guelf. XII. *puto.* — — 3) *Illi — consultare.* Erl. primit. *Ille mihi*, correxit tamen prima jam manus *Illi.* — Erl. *pena*; edd. nn. Ascenss. *de pena qui eorum.* — Erl. cum optt. ll. *qui patrie parentibus. aris. atque focis suis bellum paravere*; vocem *suis* omitt. Leid. N., qui hab. *bellum atque incendium*, aliique pp., it. edd. vett. qd.; Vinar. II. exh. *aris atque focis sociisque suis*; accedd. edd. qd. vett., in qb. est *aris atque sociis suis*; Guelf. III. *patriae nostrae*; Guelf. VII. *bellum et incendia*; Struv. *bellum incendia.* — Erlang. *res autem monet nos cavere ab illis magis;* item Leid. E. habet *nos*, quod reliqui oo. omitt.; Vinar. II. et edd. qd. vett. *cavere monet*; vocem *magis*, quam l. pll. ll. tenent, — (Gerl.

uncinis includit) — rec. sec. Leid. C., Guelf. VI. et XII, et Fabr. II, Guelf. V. et. Inc. I, in qb. loc. mutat, oo. f. omittunt; Ven. III. *magis cavere*; Guelf. V. *ab his;* alii aliter. — Erl. cum ll. l. pll. *in illos statuamus*; Cortius, item Kritzius, *in illis* sec. Senat. II. et Heuss.; pro *statuamus*, quod abest a Bas. II, exhh. *statuatis* Leid. A. G. N. — — 4) *Nam — victis.* Erlang. cum ll. l. pll. et optt. *maleficia tum persequare*; pauci juniores *maledicta;* alii qd., ut oo. Guelferbb. aliique haud pp., *malefacta*; Fabr. I. *mala*; inde Cortius et qui eum seqq. exhh. *nam cetera tum persequare*; edd. vett. qd., e nn. Rom. Br. 1494, *persequere.* — solus Erlang. *provideas.* — ed. n. Rom. Br. *nec accidat*; Leid. A. *ne acc. malum.* — Erl. cum ll. optt. et pll. clarissime *evenit*, verum lineola ducta inter versus super litt. *it*, qua quid significetur, num *evenerit* an aliud qd., equidem nescimus; Leid. F. atque, item edd. vett. f., *evenerit*; Fabr. II. *acciderit*; Senat. II, Heuss. *accidit.* — Erl., ut sol., *nichil.* — — 5) *Sed — rem publicam.* Erl. c. pll. *immortales*; qd. *inmortales*; recte recc. *immortalis.* — Bas. I. *ego vos appello.* — Leid. H. *atque villas.* — edd. nn. *Ascenss. signat tabulas.* — Erlang., item Leidd. A. B. D. M., Bas. II. III, Inc. II, Rem. I, Struv., Guelf. VI. VIII. XI. aliique *pluris precii*; acced. ed. n. Venet. 1471. — Erl. *si ita cujuscumque modi sint*, scil. scripsit librarius *ita* pro *ista*; qd. *cujusque modi;* Leid. M., Fabr. II, Eccard., Inc. I, Vinar. II, Guelf. V. X. aliiq. pp., it. edd. vett. qd., exhh. *sunt*; seqq. Müller., Kritz. et Fabri. — Erl. *vestris ocium prebere vultis*; recc. recte *vostris otium praebere voltis.* — Erl. *capesite rem. p.* — — 6) *Non — est.* Erlang., item Leidd. K. M., Bas. II, Struf., Guelf. VIII. aliique *Nam hic non agitur*; Leid. A. *Nam modo non ag.*; Guelf. VII. IX. XI. *Non modo ag.*; Fabr. I. *Non igitur de vect. ag.*; Guelf. VI. aliique *Nunc non ag.*; Guelf. IV. alique *Nam non ag.*; Leid. B. et edd. nn. vett. oo. *Nam nunc non ag.* — Erl. cum pll. et optt. ll. *neque de soc.*; Cortius sec. Bas. I. III, Eabr. I. et Fabrician. Rivii *non de soc.* — Bas. II. III. *sed libertas*, teste Gerlach., quod jam voluerat Cortius. — ed. n. Venet. 1471. *anima vestra*; Leid. B. *in dubio sita est*; Leid. F. *sunt.* — — 7) *Saepe numero — habeo.* Erl. *Sepe numero*; edd. vulgg. *saepenumero.* — Erl. *p. c.*;

pll. *P. C.*, alii *patres conscripti.* — Erl. cum optt. ll. *in hoc ordine feci*; Struv. *hoc in ordine*; Bas. II. *in hoc senatorum feci*; Fabr. I. II, Guelf. II. omitt. v. *hoc.* — Erl. cum optt. *sepe de luxuria;* Leid. K. *de secordia.* — *avaricia nostrorum* Erl.; qd. *vestrorum*; Struv. *conquestus sum.* — Erlang. cum optt. qbq. ll. *multosque mortales ea causa adversos habeo*; Guelf. III. *multos mortalesque*; alii qd. *mortalesque multos*; Bas. II. *ea de caussa*; Guelf. XII. *ex ea caussa*; alii qd., it. ed. n. Venet. 1471. *ob eam causam*; Acad. et Guelf. VI. *adversus h.*; recte recentt. *mortalis* — — *advorsos.* — — 8) *Qui* — *condonabam.* Erl. cum optt. *qui mihi*; in edd. vett. oo. f. vox *qui* sigla exprimitur, in ed. vero n. Venet. 1471: clare *Qd'* est. — vulgg. *unquam*; Leid. A. *nullis unquam delictis.* — ed. Rom. Brix. *gratia.* — Bas. II. *alius lubidini*; Erl. *libidini.* — Vinar. II. et ed. vet. Cort. *molestam* hahb. pro *malefacta.* — — 9) *Sed* — *tolerabat.* Erlang. *Sed ea tametsi parvipendebatis;* item voc. *vos* omitt. Guelf. IV. VI, Rem. I. aliique, it. edd. vett. qd.; vox *ea* abest a Guelf. VI. et Inc. II, it. ab edd. qbd. vett., e nn. Venet. 1471; pro *ea* voce *eam* legg. edd. nn. Ascenss.; Leid. D. et Fabr. II. *parvipendatis*; Guelf. V. *parvi pendistis.* — Erl. cum optt. ll. *tamen res. p. firma erat*; edd. nn. Ascenss. *republica*; Cortius male delevit *erat*, quod inven. *fuit* in Sen. II. — Erl. *neglegentiam* scribit cum optt. ll. Bas. I, Fabr. I, Guelf. I, Sen. I. aliisque; id. liber *tollerabat.* — — 10) *Nunc vero* — *futura sint.* Erl. cum optt. et pll. ll. *bonisne an malis*; Cortius v. *ne* expunxit sec. Guelf. VI, Senat. II. et Heuss.; acced. Venet. III, it. edd. vett. f. — *moribus* non app. in Guelf. XI. — Erl. cum optt. *imperium pp. r. sit*; h. pp. edd. *imp. Romani populi*, it. edd. vett. qd.; alii *pop. Rom. imperium sit,* ut Leid. M.; Cortius v. *sit* male delev. sec. Fabr. I. et Guelf. IX. — Erlang. *Sed cujuscumque modi videntur?*; accedit solus Bas. I; vulgg. *Sed haec cujuscumque modi videntur*; acced. l. Berol, in quo app. *sed ista cujuscumque modi videntur;* L. 2. *cujusquemodi*, Mark. γ. *cujusmodi haec*; Martin. om. *modi*; at Leidenses oo., Rivii quidam, Guelf. II, Vinar. II, edd. qd. vett., it. all. qd., exhh. *sed cujus haec cumque videntur*, quos seqq. Grut., Wass., Haverk. et recc. praeter Cort. ejusque sectatt. oo.; acced. Tur. II, qui h. *cujus haec modi*

vid.; Cortius vero vocem *videntur* omisit secund. cod. quend. Polon. Gruteri, abs quo eberat, et Guelf. VI. cum IX, in qb. app. *sint*; acced. Leid. N., qui del. *videntur* neque hab. *sint*. — Erl. cum optt. *nostra an nobiscum una hostium futura sint*; Guelf. IV. *an nostra*, *an nob.*; Franc. *nostrane nob.*; alii aliter; edd. nn. Ascenss. *nostra aut nobisc.*; Heuss. *hostia*; Guelf. IX. *hostibus*. — — 11) *Hic* — *sita est*. Cod. Eichh. *nominet*. — *equidem* abest a Franc. et Leid. K. — Erlang. *vera vocabula rerum*; it. Tegerns., Bas. I. II. III, Tur. II, Bern. III. IV. aliique, it. edd. vett. f. — *vocatur* abest a Fabr. I, Tegerns. et Tur. I. a m. pr.; pro eo hab. *est* Guelf. VI. — Erl. *res. p. inextremo*. — Erl. cum optt. et pll. *sita est*; Cortius *est* om. — — 12) *Sint sane* — *perditum eant*. Eccard. *sin sane*. — *ita* non nisi inter lineas hab. Guelf. IV — *sint* ante *miseric.* del. Leid. H. — Erl. *in furibus erarii*; recte Bern. IV, Guelf. II. et VIII. *aerari*, quos seqq. recc. — Erl. *ne illi*, it. Bas. II, Vinar. II, Acad., Struv., Guelf. IV. X, Vat. A., Leid. K. et G., in quo app. *videant ne illi*; accedd. edd. vett. mm.; seqq. Kritz. aliique recc.; reliqui *ne illis*. — Erl. nunc quid cum ll. optt. *bonos omnes perditum eant*, neque tamen sine rasura in voce *perditum*; voc. *omnis*, ut recte scribb. recc., abest a cod. L. 2. Wassii, item ab ed. n. Rom. Br. 1494; pro ea *homines* exhh. Guelf. VI. IX; Acad. *bonos homines omnes*; Leid. A. *boni omnes ne perditum eant*. — — 13) *Bene* — *habere*. Erl. *G. cesar paulo*. — ab Erlang., item ab aliis qbd., absunt vv. *in hoc ordine*; alii, item ed. n. Rom. Br., delent praep. *in*. — Erl. cum ll. oo. *credo falsa existimans*; tamen h. pp. seqq. Cortium, qui ex ingenio dedit *falsa*, *credo*, *existumans*. — Idem vir doctus omis. libris oo. f. invitis voc. *ea* ante *quae*; acced. tamen Leid. N. — ed. Venet. 1471. *memoratur*. — Erl. *diuso itinere*, literis *er* inter lineas eadem sigla expressis, qua alias singula litera *i* in voce *diviso*; recte rec. *divorso*. Erl. *locatet. inculta. feda. atque* cet., ita tamen, ut in *locatet.* ad finem vocis super lit. *t* inter versus lit. *a* adscripta sit, quo fit *loca tetra*; pro *foeda* habb. edd. nn. Ascenss. *fida*. — — 14) *Itaque eripiantur*. Leid. G. *Itemque*. — Erl. *pecunias*. — Erl., it. alii qd., e. c. Leid. E., *et ipsos*; reliqui v. *et* omm. — ed. n. Venet. 1471. exh. *hab. in custodiis*; pro *in* custo-

diis, quae vv. non app. in cod. Commel., exh. *in custodia* Leid. K. — Erl. cum optt. ll. *videlicet timens ne siromae sint*, h. l. *romae* scribens, cum alias semper *e* pro *ae* et *oe* hab.; Nazar., Commel., Guelf. V. *vid. tim. ut aut*, omissis *si Romae sint*; Palat. III. omitt. *videlicet* et exh. *pluribus* pro *popularibus*; Pal. II. *ne* — — — *ut aut*; Pal. IV. *verum timens*; Pal. V. omitt. vv. *ne*, *si R. sint*; Pal. VII. voc. *ne* post *sint* ponit; Pal. IX. *ne si illi R. sint*; Struv. *vel timens*; Guelf. X. *ut timens*; *timens* abest a Guelf. XI. et Bas. I, *ne* a Franc. — Erl. *aut a pop.*, verum praep. *a* non nisi inter lineas hab.; altera praep. *a* ante *multit.* abest a Leid. E. aliisque pp. — Leid. B. *pretio per vim*; Leid. K. *vi eripiantur*. — — 15) *Quasi — minores sunt.* Ll. pll., it. Erl., *et* non; Eccard., Guelf. V. VI, it. cod. Rivii, delent v. *et*; assentitur Gerl. in comment. p. 139. — Erl. *italiam.* — Erl. nunc quidem *ibi plus*, verum inter *ibi* et *plus* voce trium fere literarum erasa; abest hoc *plus* a Guelf. II. — Leid. C. *minores opes sunt*; Guelf. V. non hab. *opes*; Fabr. I. *sint*, eamque ob causam, et quod in Bas. I. neutrum est, Cort. voc. *sunt* delet. — — 16) *Quare vanum — timere.* Guelf. *cons. est hoc*; Cortius *est* delet sec. Guelf. X; neque est in Vat. VI. — recc. f. *sin in tanto* sec. pp. ll.; Erl. cum mm. aliis *sed si*, ut Bas. II; pll. *si*; qd. *aut si*, ut Leid. K., Guelf. II; alii *sed si*, ut Guelf. VI. — Erl. cum optt. *in tanto omnium metu*; vox *omnium* non est in Guelf. III; Fabr. II. *metu* non nisi inter lineas hab.; Eccard. *in tanto omni metu.* — Fabr. II. *metuit*; Guelf. VI, Eccard., Acad. *timuit.* — Erl. cum optt. ll. *eo magis refert me mihi atque vobis timere.* Leid. K. non hab. *magis*; exhh. *mihi me* Guelf. XI, Inc. II, Barb. IV; omittunt voc. *me* Inc. I, Guelf. II. III. VI. VII, quos seq. Cort.; accedd. Leid. M., Barb. I. V, Med. III, Ven. III, item Gerl. in comment. — — 17) *Quare quum — decernere.* Erl. *Quare cum de p. lentulo ceterisque statuetis* cum optt. ll.; Guelf. VI. *qua re quod de rep. Lentulo*; Acad. *quare quaecumque de P. Lent.*; Müller. e conjectura Froebelii *Quae de P. Lentulo*; Bas. I. *cum de Lent.*; Leid. G., Inc. I, Eccard., Guelf. X. XI. *statueritis.* — *pro certo* abest a Bas. I. — — 18) *Quanto — aderunt.* Erl. cum optt. *attencius ea agetis*; Bas. III. *acrius*; Senat. II, Heuss. *illa agetis*; Fabr.

I. *id agetis*; Senat. I. *agitis*; ed. n. R. Br. *agitas.* — in Erl. et opt. qq. ordo vv. est *tanto illis animus inf. erit*; in aliis *animus illis*; in aliis *illis inf. an. erit*, in aliis aliter; *erit* sol. hab. in marg. Guelf. IX. — Erl. *Si paululum languere viderint modo vos*; in aliis non est *modo*, ut Leid. H., Acad., Inc. II. aliisque, in aliis sedem suam mutat, ut etiam in Venet. 1471., in qua est *paul. vero lang. vid. modo omnes* cet., omisso *vos*. — — 19) *Nolite — fecisse.* Leid. M. *Nolite P. C. existimare*, recte rec. *existumare.* — Leid. N. *majores vestros.* — Erlang. cum ll. l. pll. *armis rem. p. exparva magnam fecisse*; quidam alii, it. edd. nn. vett. oo. f. praeter Venet. 1471. *rempublicam ex parva armis magn.* cet. — — 20) *Si ita — quam illis.* Vox *res* insititia est in Guelf. IX et Acad. — recte recc. *pulcherrumam.* — Erl. cum optt. *eam nos hab.*; in edd. vett. qbd. *eam*, in aliis, nostris oo. f., *nos* non app.; it. *nos* abest ab Eccard., Acad., Inc. II. et qbd. Wassii; Fabr. I. II. *nos eam*, item Tegerns., Mark. γ., Tur. II, Bern. I. — est quidem *civium* in cod. Erl., quod videre licet e lineola super litera *u* ducta: verum ipsa haec litera *u* non satis sincera est, cum fere appareat *li.* — Erlang., item Bas. I. III. IV, Tegerns., Tur. I. II, Bern. I. II. IV. aliique, it. edd. vett. f., *major copia nobis*; reliqq. tenent *maj. nob. cop.*, quos seqq. recentt.; Tur. II. *nob. est quam illis est*; Bern. II. *nobis est quam illis fuit*; Acad. *illis esset*; hinc, et quod vox *est* non app. in Frank., eam Cort. delev.; neque app. in Leid. M. et Bas. I, reliqq. cum Erlang. *est* tenent. — — 21) *Sed alia — obnoxius.* Guelf. VI. *sed alia fuere his, quae magnos fecere*; Guelf. XI. om. v. *magnos.* Leid. M. *quae fec. illos magnos.* — Erl. *domi industria. foris justum imperium animus inconsulendum liber* cet.; reliqui omnes, ut scimus, *in consulenda*; Leidd. A. B. *liber erat.* — Erl. cum ll. optt. et pll. *neque delicto neque libidini obnoxius*; Leid. N. *neque del. lubidinive*; vulgg. *obnoxius erat*; Leid. B. *erat obn.*; edd. nn. Ascenss. *obnoxiis.* — — 22) *Pro his — possidet.* In ed. vet. Cort. non app. vv. *nos habemus*; Bas. II. *hab. nos.* — in cod. Francii non app. *atque.* — Erl. *avariciam.* — ed. n. Rom. Brix. *publicae aegest.* — Ascenss. nn. *opulentam.* — Erl. *divicias. sequimur inherciam.* — *discrimen nullum est*; Leidd. D. E. N., Inc. I. II, Franc., Struv.,

Rem. I, Guelf. VII, Bas. I. III, Tur. II, Bern. II. III, addunt voc. *est*; item Erlang., scil. pro *est* adposita sigla illa, quam descripsimus in prolegomenis pag. 88; reliqui hanc vocem recte rescindunt; — *nullum discr.* habb. Inc. II, Franc., Acad., Sen. II, Heuss., Tur. I. — Guelf. V. *libido* pro *ambitio*. —— 23) *Neque — rem publicam.* Leid. C. *Neque est mirum*; Leidd. D. E. *Neque mirum est*; reliqq. cum Erl. *est* recte omm. — ordo vv. in ll. pll. est *ubi vos sep. sibi quisque consil.*; Erl. *separatim vos sibi quisque conscilium*, neque tamen litera *i* in syll. *consci* satis pura, pro qua fere conspic. *j*; abest *separatim* a cod. Franc., *sibi* a Guelf. VI, *quisque* ab aliis qbd.; exh. *quisque sibi* Acad. et deleri jub. voc. *vos* Cort.; ed. n. Venet. 1471. *captatis.* — edd. nn. Ascenss. *ut domi.* — Erl. *peccunie.* — Erl. *inuacuam rem. p.* —— 24) *Sed ego — caput est.* Erl. cum optt. *Sed ego haec omitto*; abest *ego* a Guelf. III; habb. Fabr. II. et Bas. II. *Sed haec ego*; exhh. *hoc* Leid. A., Guelf. V. VI. VII. X, Bas. III; *obmitto* Bern. III. — recte recc. *nobilissumi.* — Erl. *gallorum gentem infestissimam nomini romano ad bellum arcessunt* cum libro optimo quoque; Leid. A. *in bellum*; omitt. hh. vv. Guelf. X; exhh. *arcesserunt* Leidd. D. H., Inc. I. II, Struv., Guelf. VII. VIII. XI; *accersunt* Bas. I, Eccard., Guelf. II. III. V. IX. XII, Tur. I, Bern. I. IV, quos seqq. recentt. *accersere* Tur. II, Bern. II; *accersire* Vinar. II; *arcessere* Bas. II. IV, Acad.; qd. alii *accersiunt*, *accersierunt*, ut etiam edd. vett. nn. f. praeter Venet. 1471, in qua est *accersserunt*; alii aliter. — Erl. cum optt. *Dux hostium cum exercitu supra caput est*; Leid. M. *super caput*; Cort. vv. *supra caput* delevit sec. Fabr. I, qui eas non hab., ad quos acced. cod. Eichh., et Fabr. II, Senat. II. cum Heuss., in qb. sed. s. mutant. — — 25) *Vos — faciatis?* Codd. l. pll., it. Erlang., *Vos cunctamini etiam nunc et dubitatis*; alii qd., it. edd. nn. vett. praeter Venet. 1471, in qua est *nunc dubitatis*; Guelf. I. II. V. VI. IX. *etiam et nunc*; verum edd. recentt. recte seqq. codd. Fabr. I. II, Bas. II, Acad., Leid. J., tres Grutferi, totidemque Putschii, in quibus non app. vv. *et dubitatis.* — Erl. *moenia*; qd. *menia*; edd. vett. qd. *maenia.* — Erl. cum l. pll. *deprehensis*; seqq. e recc. Kritz. aliique; Cortius *apprehensis* secund. Nazar., Commel.; Guelf. V. Rem. II, Eccard., ad quos acc. Pariss. A. C. D., Bas. III. a m. sec.;

seqq. Gerlach.; Guelf. VI. *deprehensibus hostibus*; Guelf. III. *depreh. civibus*; Guelf. VIII. *hostis faciatis deprehensis*; Leidd. H. N., it. ed. n. Venet. 1471, habb. *statuatis* pr. *faciatis*. — — 26) *Misereamini — dimittatis*. Erl. cum optt. *misereamini*; Leid. L., Bern. IV, it. codd. qd. Rivii et edd. nn. vett. oo. praeter Ascenss., in qb. est *miseramini*, exhh. *miseremini*. — ed. n. Rom. Br. 1494. hab. *deliquere homines juvenes: adolescentuli per ambitionem atque etiam* cet.; recte recc. *adulescentuli*; Erl. *adolescentuli per ambicionem. atque etiam*; vox *etiam* in ll. mm. non apparet, ut Commel., Palat. I. II, Struv., Fabric. I. II, Eccard., Guelf. I. III. V, Tegerns., Eichh. aliisque. — — 27) *Ne — vortet*. Erl. cum optt. ll. *ne ista*; alii qd., ut Leidd. D. N, it. edd. vett., med. a. et recc. h. pp., *nae*; plurimi ll. aut *vereor ne ista* exhh. sive *nae ista vereor*, ut Leidd. D. N., Bas. II. III, Struv., Guelf. VII. VIII. XI. aliique, item. edd. vett. nn. oo., aut *Timeo ne*, ut Inc. I, Guelf. IX, aut *Tamen*, *cavete ne*, ut Guelf. VI, aut aliter; Leid. H. *mansuetudo*, *ego timeo et mis*. — recc. oo. *vortet* secundum unicum cod. *Riv*., in quo est *vertet*, et Guelf. V, qui hab. *vertat*; reliqq. fere *vertatur*, item Erlang. et Leid. J.; quidam *convertatur*, ut pll. Leidd. aliique, it. edd. vett. f.; alii aliter loc. turbb., ut Leidd. A. B., in qb. est *convertantur in miseriam*. — — 28) *Scilicet — servavere*. Erl. cum ll. optt. et pll. *scilicet res ipsa aspera*; item edd. l. pll.; at Cortius *ipsa* omisit sec. Fabr. II, abs quo aberat, et Guelf. X, in quo reper. *ista*. — h. pp. *imo*. — recte recc. *maxume*. — Erl., ut sol., *sed inhercia et mollicia animi al. al. expectantes*. — Erlang. cum ll. l. pll. *videlicet diis*; sol. Vinar. II, ut scimus, it. ed. vet. Cortii et Ascenss. nostrae, *velut*; neutrum recipiens exh. Cort. *cunctamini*, *dis imm*.; scribb. *dis* Vin. II, Fabr. I, Heuss., Sen. II, Bern. IV. cum edd. vett. qbd.; recc. recte seqq. — Erl. *qui hanc rem p. sepe in maximis* cet.; reliqui f. voc. *saepe* post *maxumis* locant, praeter Leid. K., in quo est *saepe in magnis*. — — 29) *Non votis — infestique sunt*. Senat. II, Guelf. III. *Non votis atque suppliciis muliebribus*; item ed. n. Venet. 1471; Bas. III. *non votis supplicibus* cet.; Guelf. V. *supplicationibus* cet.; Erl. cum aliis qbd. *mulieribus*; it. edd. nn. Ascenss.; Leid. H. *mulierum*. — Erl. cum codd. h.

pp., it. edd. vett. oo., *prospere*; Cortius primus dedit *prospera* sec. codd. suos plerosque omnes; accedd. reliqq. l. pll.; seqq. recentt. oo. — ll. oo., ut sc., *cedunt*; Erlang. nunc neque *exedunt*, neque *credunt*, neque *ecedunt* habet, sed his simile quid; putamus, librarium voluisse *excedunt* scribere. — Erlang. cum optt. ll. *ubi socordiae te*; h. pp. *tete*, ut Leidd. oo. praeter K.; mm. *ubi te sec.*; qd. *ubi sec. atq. ign. te.* — *tradideris* non app. in Guelf. V. — Erl. *nequicquam* recte. — — 30) *Apud — jussit.* Erlang. *Aulus mallius torquatus*; reliqui fere aut *A. Mallius Torquatus*, aut *A. Manlius Torquatus*; Inc. I. et Eccard. praenomen omittunt; Guelf. XI. exh. *T. Manlius Torquatus*, quem inde a Cortio oo. seqq. praeter Gerlach.; acced. Leid. N., qui etiam *T. Maulius* hab.; vide sub B. — Erl. *gallco*, litera *i* inter versus adpicta; Leid. H. *in bello.* — — 31) *Atque — obstat.* Leid. E., Inc. I. *At ille*; Guelf. III. *Atqui* et pro var. lect. *ac.* — recte recc. *adulescens.* — v. *immoderatae* abest a Leid. A. — *morte* abest a Guelf. III. — exh. *gravis poenas* Guelf. III. — *dedit* abest a Guelf. VI. proque ea voce in marg. *sustinuit.* — Erl. *crudelissimis paricidis quid statuatis*; recte recc. *crudelissumis parric.*; Leid. K. hab. *faciatis* pro *statuatis.* — Erlang., it. codd. reliqui, ut scimus, et edd. vett. ad unam omnes, it. Wass., Grut., Haverk., *cetera vita*; nunc. edd. oo. *vita cetera.* — — 32) *Verum — pepercit.* Erl. *lentuli si ipse pudicicie.* — Erl. *diis aut hom.*; recc. recte *dis* sec. Guelf. V, Fabr. I, Senat. II, Heuss.; *et* pro *aut* habb. Acad., Guelf. VII; *atque* Bas. I, Guelf. IV. V; it. ed. n. Venet. 1471. — Erlang. *ullis umquam*, ita tamen, ut in voce *umquam* inter *um* et *quam* rasura sit; item alii mm.; neque pauciores *umquam ullis*, quos seqq. recc.; ab aliis *umquam* abest, ut ab Heuss. et Guelf. VI, ab aliis *ullis*, ut Senat II; in aliis neutrum invenitur, ut in Inc. II. et Leid. K. Mire Gerlach. vult, esse in Guelf. VI. *ullis quidem*, scil. quod Cortii verba sunt: „in Heuss. et Guelf. VI. *ullis* quidem, sed non *nunquam* legitur.“ — — 33) *Ignoscite — fecit.* Erl. *cethegi adol.*; recte recc. *adul.* — Erl. cum optt. qbq., ut Bas. I. II, Fabr. II, Inc. I. II, Franc., Senat. I, Guelf. II. IV. XII, Leid. N., Paris. B. E., aliisque *nisi iterum patriae*, omissa voce *jam*, quam reliqui habb. post *iterum*, pro quo Leid. C., Vinar. II,

Eccard., Guelf. III. V. aliique, item edd. f. vett. oo., *alterum* habent. — Erl. cum optt. *jecit*; Guelf. VI. *facit*; Guelf. III. IX, Eccard., Bas. II. *fecerit*; Cod. L. 1. 2. Wassii, alii quidam Rivii, item ed. n. Venet. 1471. *intulit* habb. pro *fecit*. —— 34) *Nam — habuissent*. Erlang. *de statilio. gabinio ce-pario loqr*, in voce *loqr* lit. *a* super *qr* inter versus adpicta. — Erlang. *quibus si quicquam pensi fuisset*, neque tamen sine litura in litt. *ss* vocis *fuisset*; item voc. *umquam*, quae in vullgg. post *quicquam* est, omittunt Leid. B., Guelf. I. IV. VI. XII, Acad., Eccard., Inc. I, aliique; eadem cum in aliis aliter sed. suam mutet, nulli dubitamus, quin eam deleamus; sic est in Heuss. *umquam quidquam*, in ed. n. Venet. 1471. *fuisset umquam*; a Senat. II. *quidquam* abest; Guelf. VI. hab. *si quicquam ipse si fuisset*. — Erlang. *non ea conscilia de re p. habuissent*; a Guelf. VI. absunt vv. *non* et *consilia*. —— 35) *Postremo — properandum est*. Erl. *Postremo p. c. si me hercule*; qd. *mehercule si* cet., ut Guelf. I. — Erlang. cum optt. ll. tam scrr. quam editis *quoniam verba contempnitis*, omissa voce *mea*, quam codd. et edd. mm. post *verba* tenent, e. c. Vin. II, Inc. I. II, Guelf. VII. XII, Leidd. oo.. praeter D. — Erlang. exh. *Catilina cum exercitu faucibus urget*, neque addita praepositione *in*, quam ante *faucibus* tenent Leidenses omnes aliique haud pauci, neque post *faucibus* vel cum aliis permultis male scribens *Italiae*, vel *italiam*, quod exhh. Ascenss. nn., vel all. simm. — Erlang. solus, ut scimus, *atque in sinibus urbis*; in edd. nn. oo. vett. non app. *atque*, quod Cortius expunxit proque quo Guelf. XII. et Leid. K. repett. *alii*. — *hostes* solum in marg. est in Guelf. XII. — Erl. *quicquam*; abest h. v. a Guelf. II; pro eo *quisquam* hab. Leid. A. — *potest occulte* hh. Tegerns., Bas. I. II. III. IV, Tur. I. II, Bern. III. aliique. —— 36) *Quare — sumendum*. Erlang. cum codd. h. pp., Leidd. f. oo., omitt. voc. *ego* ante *censeo*; Leidd. F. J. K. *censeo ego*; Acad. *quare ego ita cens.*; recc. *quare ita ego cens.* see. Bas. I, Senat. II, Heuss., Guelf. IV. aliosque. — Erl. *conscili*, lit. *o* inter lineas adpicta. — Erl. *res p. in maxima*; recte recc. *maxuma*. — pro *hique*, quae est lectio librorum f. oo., exh. Leid. M. *cumque*. — Erl. *titi uulturcii et legatorum allobrogum*, ita quidam, ut literis *ii* in *uulturcii* manus multo

sequior addiderit accentus, scil. *ü*. — recentt. oo. sec. ll. pll. *convicti confessique sint*; Erl. cum aliis h. pp. *sunt*, ut Leidd. D. G. et Fabr. II; neutrum hab. Leid. E., it. Guelf. VI, qui neque voc. *que* in *confessi* hab.; alii aliter; *que* et Struvian. omitt. — Erlang. cum pll. *cedem. incendia aliaque feda atque*; Cort. *alia foeda* secund. tres codd. Wassii;. recentt. f. *aliaque se foeda* sec. Bas. I, Fabr. I. II, Sen. II, Tur. I, Bern. III. IV, Heuss., Guelf. II. IV. IX, Mark. γ. λ., B. Pub., Norvicc. aliosque. — Erlang. *in cives*; recc. recte *in civis*. — praep. *de* non app. in Guelf. I. — *res* pro *rerum* hab. Heuss, — Erl. cum optt. et pll. *supplicium sumendum*. qd., it. edd. vett. f., *sum. suppl.*; Leidd. A. B. E. *censeo suppl. sum. esse*; Leidd. D. *esse sumendum*; Leid. E. *sumendum est*.

B. Adnotationes.

1) *Ceteri verbo alius alii varie*. Quod nos dicimus *die Uebrigen mündlich, der eine diesem, der andere jenem, verschiedentlich* cet., *alii* enim dativum esse sing. numeri, neque vero nominativum plur., vix est, quod moneamus. Tamen non Müllerus solus, sed alii quoque h. pp. perperam scripserunt *Ceteri, verbo alius, alii varie* cet., scil. voce *varie* pro *aliter* accepta atque explicata per *alii vultu, alii manu sublata, alii pedibus* etiam. De re ipsa conf. supra L, 4. Cet. etiam conf. Caes B. C. I, 1, 2. Hoc quoque monendum est, silentio h. l. transiisse Nostrum celeberrimam illam orationem, in Catilinam IV. q. dic., quam Cicero habuit, postquam dicendi finem Caesar fecerat. — *M. Porcius Cato*. Stoicae disciplinae vir addictissimus, tunc temporis, quo orationem hanc habuit, Tribunus plebis designatus, postea a fato suo, de quo non est quod plura addamus, *Uticensis* cognominatus. Cf. Plutarch. Vit. Cat. jun. — *hujuscemodi orationem habuit*. Cf. supra Cap. L, 5. ad verba *hujuscem. verba loc. est*. Lege de hac Uticensis oratione Vellej. Pat. II, 35, 3. ubi: „Hic trib. pleb. designatus et adhuc admodum adolescens, virtuti simillimus et per omnia diis quam hominibus propior, paene inter ultimos rogatus sententiam, tanta vi animi atque ingenii invectus est in conjurationem, ut ardore oris orationem omnium lenitatem suadentium, societate consilii suspectam fecerit, — — ita consulis virtutem amplivicavit, ut universus Senatus in ejus sententiam transiret, animadvertendumque in eos, quos

praediximus, censeret." cet.; — et Cic. Or. pr. Sextio c. 28, 61. ubi: Consule me, quum esset designatus tribunus plebis, obtulit in discrimen vitam suam; dixit eam sententiam, cujus invidiam capitis periculo sibi praestandam videbat; dixit vehementer, egit acriter, ea quae sensit, prae se tulit; dux, auctor, actor illarum rerum fuit." Non defuere, qui censerent — (Dahl., Kunhardt. al.) —, tanta arte exarasse Sallustium hanc orationem, ut quandam in ea deprehendisse sibi visi sint similitudinem cum fragmentis orationis a Catone pro Rhodiensibus habitae. Verum illi obliti erant id sibi in memoriam revocare, non a nostro hoc, sed a prisco Catone eam orationem habitam esse. Contra e Plutarch. Vit. Cat. min. c. 20. patet, Ciceronem in curia σημειογράφους — (quos ταχυγράφους Romani postea *actuarios* et *notarios* dixere) — ad excipendam Catonis orationem locum capere jussisse sicque ejus orationis exemplar sibi paravisse. Inde factum esse potest, ut Noster ex ea oratione sibi excerpserit, quae ipsi notatu digna viderentur. — — 2) *Longe mihi alia mens est.* Laudant h. l. Vv. dd. praeeunte Manutio, v. cl., Demosth. or. Olynth. II. (vulg. III.) init. Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὅταν τε εἰς τὰ πράγματα ἀποπλέψω καὶ ὅταν πρὸς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω. Τοὺς μὲν γὰρ λόγους περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον ὁρῶ γιγνομένους, τὰ δὲ πράγματα εἰς τοῦτο προήκοντα, ὥστε ὅπως μὴ πεισόμεθα αὐτοὶ πρότερον κακῶς, σκέψασθαι δέον. Cet. — *nonnullorum.* Silani, Neronis, Caesaris cet. Vv. dd. — — 3) *Aris atque focis.* Es werden *arae* und *foci* oft sprichwörtlich verbunden u. dienen als gewählterer Ausdruck für *aedes privatae*, in sofern diese ähnlich wie Vaterland u. Eltern als Gegenstände, die einem Jeden besonders werth sind, gedacht werden. Die *ara* stand im Hofe, *impluvio*, und war den Penaten, den eigenthümlichen Göttern jedes Geschlechtes, von denen Segen und Wohlstand des Hauses kam, geweiht; der *focus* im Vorhause, *atrio*, war den Laren, den gemeinschaftlichen Schutzgöttern aller Familien, heilig. Fabri, praeeuntibb. vv. dd., praes. Ernesti clav. Cic. v. *ara.* Cet. cf. supra Cap. VI, 5. — *res monet cavere.* Die gew. Construkt. ist mit *ut*, oder *de re*, seltner *rem*, häufiger *illud mones, ut* etc. oder *ne.* Der Grund ist begreiflich; weil *moneo* und die Synonyma eine Ermahnung zu etwas *künftig zu Realisirenden*

enthalten, so war *ut*, welches einen entfernten Zweck bezeichnet, die natürliche Conjunction zwischen dem Subjecte u. Objecte. Dann aber ist die *cohortative* Bedeutung vorherrschend; wo aber *monere* mehr den Begriff des *In memoriam vocare* hat, steht auch — — der Accusativ, der durch den Infinitiv des Verbi ausgedrückt wird. Cet. Inv. II, 22. Liv. XXX, 35. cet. cet. Herz. — *cavere ab illis, quam* cet. Securitati nostrae potius consulere, quam consultare de poena; aliis verbis: e medio potius tollere eos, quam de genere poenae diu consultare; ita ut supplicium de iis sumtum non tanquam poena eorum, sed rei publicae unica salus consideretur. Vv. dd. — — 4) *Nam cetera maleficia.* Alia facinora tum puniri possunt, quum commissa sunt. Lang. — *hoc, nisi provideris, ne accidat.* Ne accidat hielt Corte für ein Glossem; *providere aliquid* sey schon hinreichend. Er übersah, dafs ohne dieses *ne accidat* der Begriff der Vorsicht, der *cautela*, verloren ging; denn *providere aliquid* heifst in der Regel *für etwas sorgen*, administrare, z. B. *rem frumentariam.* Unten c. 60. *omnia providere.* Cet. cet. An unsrer Stelle soll die Verhütung des wirklichen Erfolgs besonders hervorgehoben werden; darauf bezieht sich: *ubi evenit.* Ebenso oben c. 51. *hoc idem providendum, ne* cet. Herz. — *nihil fit reliqui.* Vide supra XI, 7. XXVIII, 4. — — 5) *Signa, tabulas.* Vide Cap. LI. 33. et supra Cap. XI, 6. — *amplexamini.* Praecipuo amore diligitis. Vd. dd. — *otium praebere.* Sic praebere spem, exempla cet. Graec. παρέχειν. Vv. dd. — *capessite rem publicam.* Rem publicam cum cura suscipite, acrem ei operam date, ei summopere studete, consulite cet. Vv. dd. — — 6) *Non agitur* de cet. cet. Non agitur de rebus, in quibus socordes esse soletis, quamquam in iisdem, sc. in sociis atque vectigalibus, reipublicae robur situm est. Cf. Jugurth. XXX. ibique Mummii verba; „non peculatus aerarii factus est, neque per vim sociis ereptae pecuniae: quae quamquam gravia sunt, tamen consuetudine jam pro nihilo habentur.“ Vv. dd. — *Sociorum injuriae* passivo sensu sunt *injuriae sociis illatae.* Cet. Vv. dd. — *in dubio est.* Dubia est, in discrimine, in periculo est. Vv. dd. — — 7) *Multa verba in hoc ordine feci.* Saepius hic, in hoc Senatorio ordine, loquutus sum, sed, quod queror, frustra, nullo eventu, ita ut non modo neminem ad me-

liora a malis duxerim, ut potius inimicos mihi paraverim. Cet. Vv. dd. — *multos* —— *advorsos habeo.* Sine casu *adversus* rarius ponitur: verborum structura graeca, i. e. multi mihi hanc ob rem adversi sunt. Gerl. — — 8) *Qui mihi atque animo meo.* Ἓν διὰ δυοῖν. Qui mihi ipsi, quum earum rerum, quas in aliis vitupero, habendarum, agendarum, cupidus essem cet. Vv. dd.; laudd. Ovid. Metamorph. VII, 566. *Indulgent animis, et nulla, quid utile, nura est.* — *gratiam fecissem.* Indulsissem, condonassem, remisissem. Difficile ad explicandum, unde haec significatio orta sit. Proprie *gratiam facere* significare videtur, alicui gratiae aliquid apponere, aliquid gratum habere, rem aliquam, etiamsi invisa est, pro grata accipere. *Gratia* enim aliquoties *venia* est. Gell. XI, 8. Cet. Gerl. — *condonabam.* Concedebam, ignoscebam, permittebam alii pro sua libidine. Cort.; Recte laudant hic Vv. dd. Cic. Ep. ad Attic. II, 1, sub. f. ibique: „Catonem nostrum non tu amas plus, quam ego. Sed tamen ille, optimo animo utens et summa fide, nocet interdum reipublicae; dicit enim tanquam in Platonis πολιτείᾳ, non tanquam in Romuli faece, sententiam." — — 9) *Sed ea.* Dieses *ea* nicht blofs zunächst auf die *malefacta* bezogen, sondern auch auf die *luxuria* u. *avaritia civium*, in der allgemeinen Bedeutung *dieses u. dergleichen.* Cet. Herz. — *parvi pendebatis.* Aestimabatis, habebatis, cet. Vv. dd. — Pone post *firma erat* non comma sed semicolon. Vide sub A. — *opulentia.* Melius *opulentia* nominativo quam ablativo capiendum videtur; nam quae sequuntur verba, novam enuntiationem efficiunt, caussam antecedentis afferentem, nulla licet particula caussali posita. Cet. Kritz.; *Opulentia* ea intelligitur civitatis vel singulorum hominum beata conditio, quae *opum abundantia* potissimum nititur. *Opum* vero nomine continentur non solum divitiae, sed etiam honores et omnino omnia, quibus pollemus atque valemus. Herz. — *tolerabat.* Sustinebat, sustentabat. —— 10) *Non id agitur.* Nunc vero neque de firmitate reipublicae neque de moribus sermo est, sed quocumque modo haec comparata sint, quaestio est, utrum in nostra potestate sint an hostium. Lang. — *bonisne an malis moribus vivamus.* Dicimus vivere *ex more alicujus*, vivere *moribus* bonis, malis. Vv. dd. — *cujushaec cumque.* Quod ad Tmesin s. Diacopen attinet, cf.

supra ad Cap. V, 4. — *an nobiscum una.* J. e. an respublica mansura sit in nostra potestate, an et respublica et nosmet ipsi in manibus hostium futuri simus. Müller. — — 11) *Hic mihi quisquam.* Utuntur *hic* particula Latini, ut aliquem cum ironia et indignatione coarguant, imprudenter eum agere, ut in tali re non conveniat. Non male igitur Cortius interpretatur *rebus ita comparatis*, comparans Cic. Phil. VIII, 4, 11. Epp. ad Famm. V, 15. fin. VII, 13, init. Plin. Epp. I, 20. Cet. *Mihi*, cum indignatione dictum, ἦθος orationi infert. Cet. cet. *Quisquam* notare Caesarem, vix est quod moneatur; quo minus autem definito verbo utitur, eo major acerbitas videtur inesse. Cet. Kritz. — *vera rerum vocabula* cet. Cf. Tacit. Hist. I, 37, ubi *falsis nominibus severitatem pro saevitia, parsimoniam pro avaritia appellat.* Cet.; J. e. sed haec *mansuetudo* non magis hoc nomine digna est, quam quod nunc *largitio et fortitudo* vocatur. Lang. — *malorum rerum audacia.* Da *audacia* zur Categorie der einen Affect anzeigenden Substantive gehört, so erklärt sich der Genitiv Objecti. Aehnlich *suarum rerum fiducia*, Caes. B. C. II, 17. oder *moeror funeris.* Cic. de Amic. III, 11. Sonst würde man *ad malas res audacia* sagen. Doch steht es gewöhnlich absolut. *Audacia* oft in *malam partem* wie θρασύτης. Plut. Caes. c. 7. — — 12) *Sint sane.* Intell. *isti*, qui h. l. de misericordia loquuntur. Lang. — *quoniam ita se mores habent.* Quippe ita se mores habent, ut publica quisque ruina malit occidere, quam sua proteri. Vellej. II, 91, 4. — *in furibus aerari.* Cf. supra Cap. IX, 2. XI, 4. *Aerarium*, ταμεῖον, bewahrte die Staatscasse, wurde aber zugleich als Depot betrachtet für Gesetztafeln, Volksbeschlüsse u. dgl. Siehe die Ausll. zu Sueton. Caes. 28. Unter den Cäsaren unterschied man davon den *Fiscus*, d. i. Chatoulle des Fürsten. Tacit. Ann. VI, 2. Die Aufsicht führten während der Republik die Quästoren; Tacit. Ann. XI, 22. Im J. R. 709. übergab Caesar diefs Amt den *Aedilen.* Dio Cass. XLIII, 48. Unter den Kaisern waren besondere *Praefecti Aerario.* Suet. Nero. c. 17. Claud. c. 9. Cf. praes. Flor. IV, 2, 21. Herz. — *ne illi sanguinem* cet. Cf. sub A.; Dummodo ne; — *illi* scripsimus — —. Cato enim liberalitatem ex sociorum fortunis et misericordiam in furibus aerari tanquam leviora opponit lenitati in puniendis conjuratis, a quibus om-

nibus bonis caedes parata fuerat. Sed quum conjurati in antegressis non nominati sint, quivis, opinor, *illis* ad *fures aerari* referet, quod a Catonis sententia prorsus alienum est. Contra ejus oratio multo acerbior fit, *illi* pronomine posito, quo perversae sententiae auctores vel potius auctor cum vi et indignatione notatur, quasi germanice dicas: wenn nur *diese* (sc. so nachsichtige u. gelinde) *Leute* nicht unser Blut verschenken. Praeterea nostra lectio eo quoque nomine vulgatae praestare videtur, quod *largiri* verbum non ad certum objectum refertur, sed pariter ut antecedentia in universum dictum est, quo totius sententiae concinnitas haud parum augetur. Sine dativo enim *largiri aliquid* est liberalem esse alicujus rei, non parcere alicui rei. Liv. III, 1, 3. Cic. Epp. ad Famm. III, 8. Kritz. — — 13) *Bene et composite C. Caesar.* Haec etiam laus quandam h. l. continet ironiam. De singulari Caesaris in dicendo *elegantia* cf. Quinct. Inst. X. Müller. — *falsa existumans ea* cet. cet. Cf. supra Cap. LI, 20; „Ita enim censebat itaque disseruit (Socrates), duas esse vias duplicesque cursus animorum e corpore excedentium. Nam, qui se humanis vitiis contaminavissent et se totos libidinibus dedissent, — his *devium* quoddam ita esse, seclusum a concilio deorum: qui autem se integros castosque servavissent — essentque in corporibus humanis vitam imitati deorum, his ad illos, a quibus essent profecti, reditum facilem patere.“ Cic. Tusc. I, 30. seqq. Plat. Phaed.; „Esse inferos Zeno Stoicus docuit, et sedes piorum ab impiis esse discretas; et illos quidem quietas et delectabiles incolere regiones, hos vero luere poenas in tenebrosis locis atque in coeni voraginibus horrendis.“ Lactant. VII, 7, 13. — *divorso itinere.* Ab altero remotiore, secreto, in contrariam partem vergente. Vv. dd. — — 14) *Videlicet timens, ne, si Romae sint.* Videlicet ad ironiam significandam necessarium est; *timens* autem vel maxime ironiae vim retinet. Praeterea verba *si Romae sint* neminem offendent, reputantem, Catonem summae perspicuitati in re de qua agitur exponenda studere, eamque ob caussam municipiis diserte urbem Romam opponere. Kritz.; vide sub A. — *a popularib. conj.* Vide supra ad Cap. XXII, 1. — *a multitudine conducta.* Cf. Cap. L, 1. — — 15) *Quasi vero — et non.* Grade als ob cet., bezeichnet den indirekten Einwurf gegen Andrer Behaup-

tung, ex Hypothesi. Cic. Tusc. I, 22. in. Justin. V. 10, 8; Es könnte hier recht füglich *neque* gesagt werden, wenn man in dem Sinne des gedachten Subjects, d. i. Caesars spräche; allein, da hier ein Factum jener Meinung, *tantummodo in urbe*, entgegengesetzt wird: so steht *et non*, welches absolut u. kategorisch verneint. Herz. — *per totam Italiam.* Lege caput XXXVII. — — 16) *si — metuit: sin — non timet.* Si conjuratos timet ideoque eos ab urbe removendos censet: sin minus — —, sin solus id, quod omnes metuunt, non timet —: patet, his verbis Caesarem tecte insimulari conjurationis haud ignarum fuisse. Vv. dd. — *me mihi.* Cortius *me* male omisit; nam quod sententiam generalem huic loco melius convenire putat, plane contra est, quia Cato, ceterorum, imprimis Caesaris, sententiis neglectis, quid *sibi* statuendum et timendum sit, disserit. Kritz. — — 17) *Quare quum — statuetis.* Haec bene reputantes ipsi videbitis, vos, de P. Lentulo ceterisque, quos captos in vinculis tenetis, quae statuatis, simul de exercitu Catilinae ipsoque Catilina statuturos esse. Vv. dd. — — 18) *Attentius.* Diligentius, acrius, intentius. Sic supra Cap. XVI, extr., ubi *Senatus nihil sane intentus.* Vv. dd. — *jam omnes feroces aderunt.* Feroces, quod multi pro subjecto habent, Herzogius recte monuit praedicatum esse, cum *aderunt* conjungendum. *Aderunt* autem i. e. q. *urgebunt.* Adesse enim non solum de adjuvantibus, sed etiam de impugnantibus, dicitur. Jug. L, 4. Liv. XX, 32, 2. Tacit. Ann. IV, 25, in. Kritz. — — 19) *Nolite existumare.* Respicit Cato ad ea, quae Caesar protulerat Cap. LI, 4 — 8; Haec quoque ad Caesaris orationem refellendam dicta, sed non contraria illis, quae a Caesare dicta fuerant. Virtutem enim et sapientiam antiquorum Romanorum majorem fuisse dixerat; sed contentionis studium Catonem perpulit, ut haec quoque ita diceret, tamquam a Caesare improbarentur. Gerl. — — 20) *Multo pulcherrumam.* Sic Cicero p. leg. Man. I. *multo jucundissimus*; Cornel. Alc. I, 2. *multo formosissimus*; Horat. Sat. II, 3, 82. *multo pars maxima;* Liv. I, 11, med. *multo maximum.* Usitatius tamen *longe* est cum superlativo, *multum* vero cum comparativo. Item Graeci πολύ proprie cum superlativo, haud vero rarius etiam πολλῷ, μακρῷ, ut Herod. I, 143. Thucyd. IV, 92. Vv. dd. — *armorum atque equorum.* Equi semper in commemora-

tione instrumentorum et apparatus militiae. Vv. dd.; Arist. Polit. IV, 13. Cic. off. III, 23. — — 21) *Fuere, quae—fecere.* Ita dixit, quoniam rem jam effectam cogitat, neque ad illud tempus, quo efficiebatur, respicit. Vide ad XVII, 2. XXXIX, 5. Kritz. — *nulla sunt.* Plus est *nullum esse*, quam *periisse.* Nam qui perit, vel corpus habet reliquum: qui vero *nullus est*, ita non est, ac si natus non sit. Donat. ad Terent. Andr. III, 4, 20. — *domi* — — *foris.* Quatuor distinctis modis voculas *domi* et *foris* usurpant. Primo ut *domi* sit in sua rep., *foris* apud hostes, quo pacto accedit ad illa proxime *domi militiaeque*, *domi bellique.* Deinde *domi* de re cujusque familiari, de cognatis et adfinibus, *foris* de alienis, etsi ejusdem civitatis, dicitur, quo pertinet *domi habes*, quod *foris quaeras.* Porro *domi* pro privato opponitur publico, ut mox n. 23, ubi tamen raro *foris* contra dicitur. Quartus denique modus est, quem tertio h. l. praeferas, quo *domi* Romam et sedem imperii, curiam propterea, consilia quibus Romanum imperium regebatur et similia respicit, *foris* autem ad provincias et devictas gentes pertinet. Cet. Cortius. — *obnoxius.* Vide supra ad XXIII, 3. — — 22) *Inter bonos et malos discrimen nullum.* Die Stoiker nämlich statuirten bloſs zwei Klassen von Menschen, σπουδαίους und φαύλους. Daher *boni* hier *moralisch Gute* im Gegensatz der *impii*, *improbi.* Vergl. Cic. de Legg. I, 14. Jug. 85, 42, Jug. 31. Herz. — *virtutis praemia.* Magistratus, imperia cet. Vv. dd. — *ambitio.* Ambitiosi homines, inverecunde ambire soliti. Vv. dd. — — 23) *Separatim.* Saepe in consultando et deliberando de iis, qui privata sua consilia a reliquis diversa sequuntur. Cf. Liv. XLII, 44. med. Caes. B. Gall. I, 19. fin. B. Civ. I, 76. Cic. ad Div. XIII, 10, 8. Vv. dd. — *domi.* In re familiari. Vv. dd. — *hic.* Ubi agitur de re publica quam optime fieri potest administranda. Vv. dd. — *pecuniae* cet. Pecuniam aut gratiam vestris suffragiis captatis; *servire enim rei* est ei se totum dare, eam unice spectare. Vv. dd. — *eo fit, ut imp. fiat.* Paullo gravius dictum videtur, quam *eo impetus fit*; quo enim modo *facere ut* cum verbo aliquo conjungitur ad id circumscribendum, v. c. Cic. Epp. ad Famm. X, 17. *Lepidus tamen, quod ego desiderabam, fecit ut Apellam ad me mitteret*, eodem modo etiam *fit ut* non aliam nisi verbi cum gravitate quadam

circumscribendi vim habet. Cet. Kritz. — *in vacuam r. p.* Int. a defensoribus, adeoque opportunam hostibus conjuratis. Cort. — — 24) *Conjuravere — incendere. Κατὰ σύνεσιν.* Jure jurando dato, conjuratione facta, constituerunt incendere. Cet. Vv. dd. — *Gallorum gentem inf. nomini Romano.* In Beziehung auf die Allobrogen war die Behauptung fast übertrieben, wenigstens konnten diese nicht so gar viel schaden. Die Feindschaft u. der Schrecken datirten sich von dem Uebergange der Gallier über die Alpen u. der Zerstörung Roms durch dieselben, u. c. 365. a. Chr. 387. Liv. V, 37. Just. XXIV, 4. Herz.; *nomen Romanum* ubi legimus, intelligamus necesse est omnes quicumque Romani appellabantur. Vv. dd. — *dux hostium supra caput est.* Catilina ipse appropinquat, instat imminet. Vv. dd. — — 25) *Quid intra moenia deprehensis hostibus faciatis?* Vide sub A.; Nobis lectio *deprehensis* tum propter longe majorem, quibus firmatur, codicum numerum praeferenda videtur, tum quod verbum *deprehendere* multo usitatius est altero de iis, qui sceleris noxii reperiuntur convictique tenentur. Cet. Ceterum de structura ambigitur; — Cortius pro tertio an sextu casu (vv. *depreh. hostib.*) habeantur, perinde esse, dicit, quae ratio nobis sola probatur. Quominus enim ablativi absoluti sint, hoc obstat, quod omnis haec consultatio ad conjuratorum personas refertur; neque enim in universum quaeritur, quid, conjuratione detecta, agendum sit, sed qua poena conjurati afficiendi. Cf. Jug. 85, 17. Catil. 55, 2. cet. Kritz. — — 26) *Misereamini, censeo — dimittatis.* Jronice omnia dicta; *deliq. per amb.*, nimis honoris et gloriae cupidi cet. Vv. dd. — — 27) *Nae ista* cet. De voce *nae* vide Zumpt. Gr. §. 360. — *si illi.* Conjurati, e carceribus dimissi. — *vortet.* De reflexivo h. v. usu vide ad VI, 7. — — 28) *Scilicet res ipsa aspera est.* Pronomen *ipsa* Cortius omisit, quod factum Gerlach. merito non est imitatus. Consulto enim Sallustius pronomen posuit, quia Senatus judicium rei opponit, hoc sensu: res per se quidem spectata aspera est, ita ut alios merito terreat, sed vos, quippe fortiores, non timetis eam. Cet. Kritz.; Sensus: Vos bene sentitis quidem, maximum adesse periculum, ipsi timoris ob eam causam plenissimi estis; verum ignaviores estis, quam qui forte vestraque auctoritate dignum consilium capere possitis. Vv. dd. — — 29)

Non votis. Votis se Romani obstringere solebant his praecipue conditionibus: — si eo die hostes fusi essent: si prospere bellum evenisset: si concordia inter P. R. ordines restituta esset: pro valetudine populi: pro salute aegrotantium: — pro reditu peregre proficiscentium: — pro salute Caesaris: cet. cet. Vv. dd., ll. permm. prbb. — *socordiae.* Dicitur animi quidam stupor et torpor. Gerl. — *ignaviae.* Ignaviam Cicero fortitudini opponit Invent. II, 54. cet. Vv. dd. — — 30) *T. Manlius Torquatus bello Gallico.* Cic. Off. III, 31, 11. Hic Titus Manlius is est, qui ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto, cognomen invenit (a. u. 392.), Liv. VII, 10, cujus tertio consulatu (413. a. u.) *Latini* ad Veserim (fluv. Campaniae) fusi et fugati. Magnus vir imprimis et qui perindulgens in patrem, item acerbe severus in filium. Cf. Liv. VIII, 7. Flor. I, 14. Qui tamen omnes hoc factum esse dicunt non *Gallico* bello, sed *Latino*, uno tantum Dionysio Halic. VIII, 79. cum Sallustio consentiente. Sed uterque fortasse confudit illud factum. Torquati, ubi in Gallico bello torquem detraxit Gallo et cognomen suum invenit, cum hoc, ubi filium necavit in bello latino. Ita Langius secund. Cortium; seqq. Kritz. aliique h. pp.; accedd. Vellej. II, 38, 2. Fasti Capit., Gell. IX, 12. qui omnes Titum Manlium, Titi Manlii Torquati filium, a patre ob interfectum in certamine peculiari Geminium Mettium morti traditum esse ferunt. Verum tutius Herzogium progressum esse videbis, qui: — Man möchte, inquit, also glauben, dafs Sallust diesen Theil seiner historischen Werke keiner spätern, sorgfältigern Kritik unterworfen habe, weil ein solches historisches Falsum in dem Munde eines Cato, des ernsten u. besonnenen Mannes, in Gegenwart des Senats, gar zu auffallend ist. Daher gelte die Vermuthung, ob vielleicht in der Rede ursprünglich nur stand: *apud majores nostros Manlius*, zu welchem Namen ein Glossator setzen zu müssen glaubte: *Torquatus a bello Gallico.* Cet. vide sub A. — — 31) *Morte poenas dedit.* Evocasse pater dicitur — *triste exemplum, sed in posterum salubre juventuti, erimus. — J, lictor, deliga ad palum.* Liv. VIII, 7. — *de crud. parricidis.* Cf. LI, 25. XXXI, 8. XIV, 3. — *videlicet vita cetera* cet. Jronice. Quod nos *wahrscheinlich widerlegt ihr übriges Leben* cet. cet.; i. e. q.

singulae vitae anteactae partes. Cet. Vv. dd. — *huic sceleri obstat.* Efficit, ut iis nunc ignoscamus. Vv. dd. — — 32) *Parcite dignitati Lentuli.* J. e Lentulo ob dignitatem, qua functus fuit, Praetoriam. Vv. dd. Cf. XVII, 3. — *si ipse pudicitiaé* cet. cet. *pepercit.* Cf. supra Cap. XIV, 7. — — 33) *Cethegi* — — *iterum p. bellum fecit.* Cf. Cap. XVII, 3. Alii ad priorem conjurationem haec referunt, de qua Noster agit Cap. XVIII, alii putant, Cethegum bello interfuisse, inter Sullam et Marium gesto. — — 34) *De Gabinio, Statilio, Coepario.* Cf. Cap. XVII, 4. XLVI, 3. XLVII, 4. — *quibus — pensi fuisset.* Sallustius alias utitur formula *pensi habere.* Cf. supra ad Cap. V, 5. XXIII, 2. — *non ea ccnsilia de r. p. habuissent.* Non cum perditissimorum hominum faece ad patriam evertendam conjunctionem iniissent. Vv. dd. — — 35) *Si m. peccato locus esset.* Cf. ad XXXV, 2. *me Dius fidius*; — Mehercule est profecto, sane, vel maxime. Ejus particulae, *si* postpositae, Cortius laudavit exempla: Plaut. Aulul. I, 2, 17. Liv. XXVIII, 44, 12. Vatin. in Cic. ad Famm. V, 10. *Peccato* i. e. errori in judicando et consulendo. Kritz.; Sensus: si peccare (errare) hac in re liceret, neque peccatum statim sequeretur exitium. Vv. dd. — *vos ipsa re corrigi.* Vos experientia edoceri, quam periculosum sit, hoc tempore se ignaviae tradere. Vv. dd. — *verba contemnitis.* Cf. supra §. 7. — *faucibus urget.* Hunc locum solus Cortius recte cepit et explicavit; vidit enim, *faucibus urgere* non de angustiis viarum sed translate de iis dici, qui aliquo malo ita premantur, ut effugiendi non sit locus, quo sensu supra §. 24. dixerat, *cum exercitu supra caput esse*, coll. Cic. p. Cluent. c. 31, 84. Valer. M. V, 3, 3. Plaut. Cas. V, 3, 4. qui loci simul ostendunt, *faucibus* Ablativum esse, quem casum Herzogius sine praepos. non ferri posse putat. Cet. cet. Neque nos monet, quod Gerlach. inconcinnum esse dicit, quod in oppositis alterum membrum (*faucibus urget*) per Tropum sit expressum, in altero (intra moenia) propria verborum significatio retineatur. Non haec enim sibi opposita sunt, sed potius *cum exercitu urget* et *intra moenia hostes*, quibus verbis Cato hoc vult, et *extrinsecus* periculum imminere, et *intus* esse. Kritz. — *in sinu urbis.* In gremio urbis, media in urbe, vel potius, quod insequentia docere videntur, ipso in Senatu. Vv. dd. —

occulte. Ita ut conjurati ea consilia non audiant aut cognoscant. Vv. dd. — — 36) *Cum nefario consilio* cet. cet. Lege caput XLIII, praes. §. 2. — *indicio F. Volturci.* Cf. caput XLVII. — *Allobrogum.* Cf. Cap. XLVII, 2. — *convicti confessique.* Cf. Cap. LI, 23; Eine Art Syllepsis generum, des Passivs u. Activs. *Confiteor* findet sich auch als Particip. in *passiver* Bedeutung, z. B. sub poena *confessi* et *convicti*, i. e. criminis quod quis patrasse *confessus*, cujusque *convictus* est. Desgl. Plin. Epp. X, 85. extr. Cic. Verr. III, 56. Gell. N. A. XV, 13. Cet. Herz. — *de manifestis rerum capitalium.* *Κατὰ σύνεσιν*, sc. manifestis documentis s. testimoniis convictus adeoque aperte, manifeste reus *rerum cap.*, dicitur *earum manifestus.* Vv. dd. — *more majorum.* Adeoque jure non solum, sed etiam eo modo, qui propter utilitatem reipublicae dudum observatus est. Cort.; laud. Cic. Cat. I, 11. ubi: *nunquam in hac urbe ii, qui a re publica defecerunt, civium jura tenuerunt.* Vv. dd.

Caput LIII.

A. Lectiones variae.

1) *Postquam — censuerat.* Erl. *cato assedit* cum ll. pll.; Eccard. *consedit.* — In cod. Erlang. ex alio quodam loco, forsitan e Cap. LII, 14, irrepsit *omnes populares* pro *consulares omnes*, quod libri recte tenent; Bern. I. *item.* — Ll. oo., it. Erl., *senatus magna pars*, v. p. *mag*, lit. *a* pro sigla inter lineas adpicta. Edd. qd. *magna sen. p.* — ll. pll. *sent. ejus laudant*; Erl omitt. *ejus*; Leidd. A. B. *laudabant.* — Erl. *animi adcelum*; abest *animi* a Guelf. VI; Rem. I. *ejus animi*; Guelf. III. *animi sui.* — Acad. a m. pr. *ferre*; Rem. I. *tollunt.* — Erlang. cum optt. ll. *alii alios increpantes*; abest *alii* a Guelf. III; qd. *alios alii*; Vinar. II, it. ed. qd. vet., *increpant*, tim. *vocant.* — Erlang., item Leidd. E. F. J. K. L., Tegerns., Bas. I, Bern. I. III, Italici praeter Ven. II. oo. exhh. *clarus atque magnus*, quam lect. prim. recepit Gerl. pro vulg. *magnus atque clarus*; accedd. edd. vett. oo.; Guelf. VI. *praeclarus.* — Leid. D. *habebatur.* — Recte recentt. *Senati decretum fit* secund. Guelf. VIII. X. XII, Bern. I, Paris. A. — Erl. *sicut*, vel pot. *sic*, super *c* inter versus lineola ducta. — Eccard. *consuluerat*; Fabr. II. *senserat.* — — 2) *Sed*

mihi — sustinuisset. Erl. cum ll. optt. *Sed mihi multa legenti multa audienti quae. p. R. domi milicieque* cet.; Bas. I, Rem. II, Struv. *Sed multa mihi legenti*; edd. nn. Ascenss. *Sed mihi multi legenti*; alii *multaque aud.*, alii *et multa aud.*, alii *atque multa aud.*, alii aliter turbb., ut Leid. D., in quo est *multique aud.*; Müller. sec. Guelf. III. *domi militiaque.* — recte recc. *lubuit.*; ll. f., it. Erl., *libuit.* — Erlang. *quae res maxima tanta negocia sustinuisset*, voluisse vero librarium cum optt. ll. exhibere *maxime*, ex eo patere videtur, quod literae *a* in fine vocis *maxima* sigla addita est, qua fit *ae.* Contra exhh. edd. nn. Ascenss. *que res maxime* (i. e. quae res maximae) — — *sustinuissent*; Leidd. A. B. *maxuma*, C. *maxumum*; Eccard. om. *tanta.* — — 3) *Sciebam — fuisse.* Erl. *numero sepe* pro *saepe numero*; hic addunt. edd. nn. Ascenss. *populum romanum*, ed. Venet. 1471. *P. R.*, ed. vero Rom. Brix. 1494. *po. Ro.*; accedd. L. 1. 2. 3. Wassii, in qb. est *P. Rom.*; male omnes. — vo. *parva manu* absunt a Fabr. I. — *contendisse Pop. Rom.* Bas. II, Guelf. VI. VII. VIII. XII. — Leid. A. *esse gesta*; qd. *gesta esse*; Guelf. XI. *gessisse.* — Inc. II. *opulentibus*; it. ed. n. Venet. 1471. — Erl. *Ad hoc sepe fortune violentiam tolleravisse*; h. pp. male *tollerasse* s. *tolerasse.* — Erl. cum optt. ll. *facundia graecos. gloria belli gallos ante romanos fuisse*; Leid. K. *scientia belli*; Guelf. VI. *ante Gallos gloria belli Romanos fuisse*; alii qd., it. edd. h. pp., e. c. Gryphiana, *Romanos ante fuisse.* — — 4) *Ac mihi — superaret.* Qd. male *at mihi.* — Vinar. II. *perpaucorum.* — Erl. cum optt. *patravisse*; Leid. A. *perpetrasse*; qd. *paravisse.* — Erl. *Eoque est factum*; pll. *eoque factum est*, ut Leidd. A. E. F. aliique, it. edd. vett. f.; Leid. B. *eodem factum est.* — negligenter Erlang. *uti divicias atque paupertas. multitudinem paucitas superaret*; vidisse vero librarium, se male addidisse *atque*, eo patere videtur, quod a prima manu subter eam vocem lineae ductae sunt, quibus scribae verba falso scripta ipsi haud raro damnant. Ed. n. Rom. Br. 1494. *divitias paupertatem* et repetitio textus Cortiani Norimb. 1823. *divitiam paupertas.* Pro *superaret* hab. *superavisset* Guelf. VI, *superasset* Guelf. I. V, Rem. II, Tur. I. — — 5) Erlang. *rursum res. p. magnitudine sua*; Leid. N. *sui*, Guelf. IX. neque *sua*,

neque *sui* habet. — Erl. cum optt. *vicia sustentabat*; Acad., Inc. I. *sustinebat*. — Erlang. et Palat. X. *Ac si effeta parentum;* reliqui oo., ut scimus, *Ac sicuti* cet., ita ut ad videndum difficile sit, unde in edd. vulgg. oo. irrepserit *Ac veluti*, quod sol. Paris. A. babet. Recc. oo. *sicuti*. Verum de eo, quomodo insequentia legenda et interpretanda sint, adhuc digladiantur Vv. dd.; Cod. Erl., ut repetamus, exh. *effeta parentum*; Guelf. VII, it. exemplar Beroaldinum et edd. qd. vett., *effeta parente*; sequitur e recentt. Fabri praeeunte Müllero, qui legend. esse conjec. *sicuti effeta parente*, *in multis* cet., nec non Langio, qui tamen hab. *veluti effeta parente*; edd. nn. Ascenss. 1509 et 1511. *effecta parente*; it. Franc., Guelf. VI. VIII, Cod. B. Publ. aliique *effecta* habb.; qd. *effoeta parentum*, ut Paris. A. aliique, ad quos accens. ed. n. Rom. Br. 1494; inde dedit Badius *effoeta parente*; Heuss. et Senat II. *effeta respublica parentum*. Longe plurimi ergo *Ac sicuti effeta parentum*. Seqq. edd. medii aevi f. oo., recc. l. pll., modo quod scribb. h. pp. cum Cortio *parentium* sec. un. cod. et edd. Venet. 1470 et 1478. E conjectura quadam Cortii fecit recepitque in textum solus Kritzius *sicuti effetae parentum*. Vide sub B. — Erlang. *rome virtute*; a Leid. D. *virtute* abest. —— 6) *Sed memoria — aperirem*. Ed. n. Venet. 1471. *Sed mea memoria*; Eccard., Franc., Guelf. VIII. aliique *in mem. mea*. — Bas. I. *divorsis*, quem recte seqq. recc.; Erl. cum pll. *diversis*; Senat. II. et Heuss. *diversi*. — *fuere* ante *morib.* est in Fabr. II, abest ab Eccard. — Erlang. *duo viri*, it. edd. vett. no. oo.; reliqui, ut vid., *viri duo*, quos seqq. recc.; *viri* abest a Guelf. V. — Erl., ut sol., *M. cato et G. cesar*; ed. illa Norimb. a. 1823. om. praen. *C.* ante *Caesar*. — ed. n. Rom. Br. a 1494., it. edd. nn. Ascenss. a. 1509 et 1511. exhh. mire *quod quoniam* cet. — Erl. *scilentio praeterire non fuit conscilium*; Leid. B. *mihi non fuit*; ed. n. Venet. 1471. *cons. non fuit*. — Leid. J. *possim.*; Tegerns. *possum*.

B. Adnotationes.

1) *Postquam Cato adsedit.* Cf. supra Caput XXXI, 7. — *Consulares omnes*. Eos enumerat Cicero Epp. ad Att. XII, 2, 7. Eos saepe a ceteris senatoribus sejungi, non est quod

mireris. Rogabantur enim prae ceteris sententias suas ideoque magnam sibi poterant parare auctoritatem. Vv. dd. — *virtutem animi ad coelum ferunt.* Ipsam virtutum vivam imaginem appellat Catonem Cicero Off. I, 31. Vv. dd.; *ad coelum* dicimus et *in coelum ferre, efferre, tollere, extollere*, et quidem adposita voce *laudibus*, nisi si sensus hanc subaudiri jubet. Vv. dd. — *alii alios.* Se excusantes, alios accusantes. Vv. dd. — *habetur.* Cortius perperam eodem sensu dictum vult, quo I, 4. Hoc loco nihil aliud est, quam *putabatur, praedicabatur.* — *ille.* Cato. Summo tum Catonem a Senatoribus honore dignum habitum esse, ex eo quoque patet, quod plurimi illorum oratione hac habita domum eum sequuti sint. Tamen constat, Senatus decretum non omni ex parte sic factum esse, quomodo ille censuerat. Patet enim ex Plut. V. Cic. c. 21, eum quoque voluisse reorum bona publicari, quod non concessit Caesar neque ipse Cicero accepit. Vv. dd. — — 2) *Sed mihi* cet. cet. Catonis oratio Sallustium facit in eam sententiam digredientem, ut maximas res semper paucorum insignium virorum virtute paratas esse dicat; qui pauci, hoc tempore, duo soli fuerint Cato et Caesar, quo tamen in judicio a partium studio Noster non alienus fuisse censendus est. Non enim Cato et Caesar, sed Cato et Cicero h. l. nominandi erant. Cet. Lang.; contra cf. cap. LIV, 1. quae not. Gerl. — *fecit.* Indicativo recte utitur, quia veritatem, quae in rebus ipsis inest, respicit, neque sententiam ab aliqua cogitatione suspensam extulit; cf. ad Jug. IV, 4. Kritz. — *legenti — audienti — lubuit.* Wir würden eher sagen *qui multa legerim* cet. Der Gedanke ist aber: *dum legebam, in ipso legendo* cet. *Lubuit* bezeichnet nicht blofs den *Einfall*, das *Belieben*; sondern auch, dafs man etwas *gern* u. mit *Freuden* thut, u. auf *Beistimmung* rechnet. Cet. Herz. — *sustinuisset.* H. e. effecisset, ut pop. Rom. tantis negotiis par esset. *Sustinere* enim de iis rebus dicitur, ad quas vel gerendas, vel efficiendas vi haud mediocri opus est. Vv. dd. — — 3) *Contendisse.* Sc. eum, populum Romanum. *Legionibus* h. l. latiore sensu positum esse, nemo non videbit. Item Jug. LXXIX, 4. Liv. III, 3, 3. — *ad hoc saepe.* Multi sunt ad h. l. interpretes, aliis dicentibus *ad hoc* esse i. q. *quamvis*, ut Dahl. sec. Tellerum, aliis aliud quid subaudientibus. Recte addit Kritzius:

„sed ne his refellendis multi simus, tenendum est, non diversas sententias — (sc. observaverant vv. dd., verbis *saepenumero* — — *regibus* gloriam populi R. laudari, verbis vero *ad hoc* — — *fuisse* hic contrarias plane res contineri) — a Sallustio proferri, sed singulis idem consilium, eandem mentem esse, hanc nempe, ut demonstret, quae vulgo magnitudidinis caussae putentur, ea omnia Romanis defuisse. Non habebant enim magnos exercitus, et copiarum vim, non perpetua fortunae gratia gaudebant, sed saepe ejus violentiam toleraverant, neque eloquentiae laude Graecos aut belli gloria Gallos aequabant; sed harum rerum loco Romanis paucorum civium egregia virtus fuit, quae omnia patravit." — *fortunae violentiam toleravisse.* Non cum Cortio, Dahlio et Müllero de seditionibus civium, sed tantummodo de cladibus, quibus respublica haud semel affligebatur, intelligo, velut quum Galli urbem incendissent, Pyrrhus et Hannibal rempublicam in summum discrimen adduxissent, aut quum Cimbri et Teutones imminerent. Perperam Langius ad illa tempora respici putat, quibus Brutus Tarquinium regno pelleret, aut Horatius Cocles et Mucius Scaevola urbem obsidione liberarent; haec enim fortunae potius beneficio quam iniquitate acciderunt. Sed fortasse eo lapsus est, quod *violentiam tolerare* putavit esse *violentiae resistere*, quum potius sit *violentiam experiri.* Kritz. — *ante Romanos fuisse.* J. e. eos superasse. Cf. Tac. Hist. IV, 55. II, 76. Ann. I, 27. Jug. X, 7. LXXIII, 6. Liv. XXXV, 14. Curt. VII, 7, 10, Cet. cet. Vv. dd. — — 4) *Ac mihi multa agitanti.* Saepius hac de re cogitanti, legenti, audienti. Vv. dd.; Sic *tacitis cogitationibus animum volutare* ap. Liv. IX, 17. in. — *paucorum civium.* Immo saepe *unius*, quod de Fabio Cunctatore notum. Cort. — *uti divitias paupertas* cet. J. e. ut pauperes Romani parvisque opibus instructi hostes suos opulentissimos superarent. Lang. — — 5) *Rursus respublica.* Rursus nonnunquam i. esse quam *contra*, probant ll. a vv. dd. laudata Cic. de Finn. III, 10, 34. Tacit. Ann. I, 80. p. med., Agric. c. 29. Cf. Steuber. Jahn. Annal. Phil. et Paedagog. a. 1827. III, 1. p. 109. Adde Jug. LXIX, 1. De sententia lege supra caput X. — *sustentabat.* Tolerabat, sinere poterat, illa fieri, cum iis tolerandis par esset. Vv. dd. — Ac, *sicuti effeta parente*, *multis* cet. Vide sub A.; Scripsimus cum ple-

risque aliis *sicuti effeta parente*, sub *parente* vero non *patriam* intelligentes, sed eam vocem h. l. idem quod *mater* significare putantes. Jd quod Fabri, v. d., recte monuit praeeunte Müllero. Vertendus ergo locus non cum Herzogio *Allein, als wäre eine Mutter abgelebt, in langen Zeiten*, neque cum aliis *Allein, wie eine abgelebte Mutter* — (*unter andern Frauen sich befindet*) —, *also war in Rom* cet.; sed potius *Allein, wie wenn eine Mutter durch Geburten erschöpft ist, so war auch zu Rom während vieler* cet. — — 6) *Memoria mea.* Eo tempore, ex quo omnia mihi in memoria sunt, quippe cum ipse iis interfuerim. Vv. dd. — *quoniam res obtulerat.* J. e. Quod eorum mentio injecta est. Vv. dd.; pro *obtulerat* Nostro *obtulit* proprie scribendum fuisse, pro *fuit consilium* vero h. d. *est consilium*, interpretes jam dudum viderunt. Kritzius autem suspicatur, Sallustium callide orationem ita instituisse, ut lectores, si posset, celaret, hanc de Caesaris et Catonis ingenio disputationem longius petitam neque satis commode narrationi de puniendis conjuratis interpositam esse. — *quin* recte ita interpretaberis, si struis *constituit, non praeterire* (silentio), *quin* cet. Vv. dd.

Caput LIV.

A. Lectiones variae.

1) *Igitur — alii.* Leidd. B. D. *his duobus*; it. ed. n. Venet. 1471. — Erl. *genus. etas. eloquentia. prope eqlia fuere*, super litt. *ql* in voce *eqlia* inter versus litera *a* scripta. — Leid. C. *par fuit*; H. *par erat*; M. *par erat item gratia: alia alii.* Vox *sed* etiam in cod. Francii non app. — — 2) *Caesar — addiderat.* Erl. *Cesar beneficiis acmunificentia*; reliqui f. *atque mun.*; edd. vett. plq. *et mun.* — *vite cato* Erlang. — Leidd. B. E. H. K., Bas. II, Bern. II. *factus est*, proque eo Leid. M. *habebatur*; Bas. IV. *est factus.* — — 3) *Caesar — laudabatur.* Erl. *Cesar dando.* cet. — Erlang. nunc quidem cum ll. oo. *cato nichil largiendo*, ut sol. scribere *nichil* pro *nihil* et *endo* pro *undo*; sed primitus librarius vocum ordine converso scripserat duas priores literas vocis *nichil* scilicet *ni*, quae una cum lit. *c* vocis *cato* nunc conspiciuntur. — Erl. cum optt. et pll. ll. *adeptus est*; voc. *est* Cortius delevit. — pll. ll. *miseris perfugium*; seqq. edd. recc.

oo.; Erlang. cum Cod. Franc., Struv., Senat. II, Heuss., Bas. II, Leid. M. *refugium*; Guelf. VII. VIII. IX. X. XI. XII, Acad., Rem. I, Inc. I, Leid. N., it. edd. vett. h. pp., *profugium*. Vocem *erat*, quam Erl. cum l. pll. tenet post *perfugium*, recc. oo. delent sec. codd. qd., ut Leid. J., Fabr. I. II, Rem. I. II. aliosque. — Erl. *constntia*, litera *a* inter versus adscripta. — — 4) *Postremo* — *posset*. Erl. cum optt. *Postremo cesar in animum induxerat*; Guelf. X. *jam in animum duxerat*; Guelf. IX, Eccard., Struv. *in animo induxerat*; Guelf. VI. *reduxerat*. — Erl. cum optt. *negociis amicorum intentus*; Guelf. IX. sine sensu *labore in amicorum intentus*; eodem modo edd. nn. Ascenss. *negociis amicorum novum*; Guelf. XI. *intentum*; Leid. B. *esse intentus*; qd. *intentus esse*. — Erlang., item Bas. I, Fabr. I, Inc. II, Senat. I, Guelf. I. III. aliique pp. *neglegere*. — Erl. '*nichil denegare quod dono dignum esset*; item optimi et plurimi; Guelf. V. X, Leid. F., Fabricianus Rivii, item edd. qd. vulgg., ut repet. text. Cort. Norimb. 1823. *bono dignum*. — Leid. F. *maximum imperium*. — pll. *novum bellum*; seqq. edd. recc. oo.; Erlang. *bellum novum*; item Bas. I. II, Tegerns., Tur. I, Bern. II. III. — Erl. cum optt. *ubi virtus enitescere posset*, una parte posterioris vocis inter lineas sigla expressa; Inc. I, Guelf. VIII. *virtus ejus*; Guelf. IX. a m. pr. *nitescere*; ed. n. Venet. 1471. *potuisset*. — — 5) *At* — *erat*. Erl. cum optt. *At catoni*; qd. male *ac catoni*. — Erl. cum optt. et pll. *sed maxime sev.*; recte recc. *maxume*; Leid. N. male *ei maximae sev.* — — 6) *Non* — *sequebatur*. Ed. Norimb. illa a. 1823. *Mon div.*; Erlang. *Non de divitiis* quidem habet, *de* vero praepositione non repetita ante *factione*, *virtute*, *pudore*, *abstinentia*, ut est in codd. plq. et ed. n. Venet. anni 1471; recc. praep. recte omitt. — Leid. M. et Franc. *pudicitia* habb. pro *pudore*. — sol Erl., ut scimus, *esse bonus quam videri malebat*, haud male, est tamen auctoritati reliquorum oo. obtemperandum, in qb. est, *esse quam videri bonus malebat*. — Erl. cum optt. ll. *ita quo minus gloriam petebat*; h. pp. *itaque quom.* cet., ut Leidd. B. M. et edd. vett. plq.; *petebat gloriam* exhh. Bas. I. III. et ed. n. Venet. 1471. — Leid. J. *eo maxime illam assequebatur*; h. pp., iique boni, ll. exhh. *illum assequebatur*, ut Leidd. A. B. C. D. K. L., Naz., Pa-

lat. II. V. XII, Pembroch. a m. pr., Fabr. a m. pr., Acad. Guelf. I. II. V. et Senat. I, sicque laudatur locus apud August. civ. D. V, 12; seqq. GRUT., WASS., HAVERH. et alii h. pp.; libri tamen longe plurimi exhh. *eo magis illam assequebatur*, item Erl. et ed. n. Venet. 1471; pp. *eam*, ut Leidd. F. H., Bodl., B. Pub. aliique; Guelf. XI. *illos*; *eum* Bas. III; *illa* Paris. D.; pro pron. Rem. I. habet *gloriam*. Suspectam jam hac variatione vocem plane omittunt Palat. VIII. IX, Merseburg., Guelf. VI. Inde, et quod inven. ap. MANUT., legere quosdam *eo magis sequebatur* — quod tamen probatum huc usque non est —, dedit CORTIUS quoque *eo magis sequebatur*, eumque sequuti sunt editores oo.

B. Adnotationes.

1) *Igitur his.* Vox igitur h. l., it. Jug. XCV, 3, servit epanalepsi — (repetitioni) —, et initiis narrationum saepeque per *inquam* redditur. Vv. dd. sec. CORTIUM. — Haec digressio, quamvis alieno loco illata esse videtur, tamen et ipsa testimoio est, quanta vis ingenii in Salustio sit. Longis ambagibus ab initio, credo, usus est, ut gravitatem orationi adderet, quamquam verbosius etiam, quam necesse erat, hoc exposuit. Perperam hoc imitatus est auctor Ep. II. de Rep. ord. c. 10. Quod de incrementis reipublicae Sal. disputat, cujus opes *paucorum civium egregia virtute* auctas fuisse statuit; est id quidem multorum judicium. Sed re accuratius examinata, hoc aliter se habere dixeris. Nisi enim universus populus bonis utitur moribus, parum paucorum civium virtus valet. Neque bello Punico secundo Scipionis atque Marcelli praeclara facinora, sed senatus populique R. firmus adversus pericula animus rem publicam ab interitu servavit. Quare necesse quidem est, ut civitas bene constituta optimi cujusque consilio regatur; sed falsi sunt, qui iis potissimum tribuunt, quae praeclare gesta sunt. Sed hoc laudaveris — (contra conf. cap. LIII, 2. quae not. LANGIUS) —, quod Caesari Catonem opposuerit. Ut enim Cato innocentiae, integritatis et priscae libertatis fuit exemplum, ita Caesar, quamvis egregius esset, iis voluptatibus deditus fuit, quae ad evertendam rem publicam plurimum contulerunt, avaritiae, ambitioni atque luxuriae. Ipsa mansuetudo, quam laudibus effert Salustius, regis potius

quam liberorum hominum virtus est. Animi ingenui enim liberrima indignatio. Atque ut Salustii verbis utar, *in re publica multo praestat beneficii quam maleficii immemorem esse*. Incorruptum judicem in eo se praebuit Salustius, quod amicitia veritati non offecit. Quantumvis enim Caesaris virtutem laudibus celebrat, tamen illum magis admireris, quam laudaveris. Sed Catonis virtus optimo cuique tanquam exemplum ad imitandum est propositum. Gerlach. — *genus*, *aetas*, *eloquentia prope aequalia*. Caesar genus a Julo, Aeneae filio, derivabat. Sueton. Vita Caes. c. VI. Catonis familiae decus et princeps Cato erat, quem priscum alii, alii Censorium alii sapientem dixere. Is consul fuit a. u. 558, neque ante eum ex Porcia gente quis summos honores gessisse videtur. Aul. Gell. N. A. XIII, 18. Caesar, natus a. u. 655 v. 654, eo tempore circiter annos triginta et quinque, Cato, natus a. u. 658 v. 659, tum annos circiter triginta et duos habebat. Sueton. V. Caes. cap. 88. Plutarch. Cat. min. cap. 73. De Caesaris eloquentia vide Sueton. V. Caes. c. 55. et Cic. Brut. c. 72 et 75. De Catonis eloquentia vide Cic. Brut. c. 31, ubi haec fere leguntur. „Stoici, traducti a disputando ad dicendum, inopes reperiuntur. Unum excipio Catonem, in quo perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desiderem." Vix est quod addamus, Caesarem interfectum esse anno u. c. 709, annos quinquaginta et sex natum, Catonem vero a. u. c. 707. ipsum sibi mortem conscivisse. Vv. dd. — *sed alia alii*. Non neutr. plur. est *alia*, sed fem. sing., subaudiendumque *gloria*. J. e. non parem solum animi magnitudinem in utroque inveneris, sed parem quoque gloriam eos nactos fuisse videris, alium modo aliam, hoc s. v. alium alia via, aliis virtutibus sibi gloriam peperisse, parem vero, aeque magnam. —— 2) *Caesar beneficiis* cet. cet. *integritati vitae Cato* cet. cet. „Nulla de virtutibus tuis — (*Caesaris*) — plurimis nec admirabilior, nec gratior *misericordia* est. Homines enim ad deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando." Cicero pro Ligario XII, 37. „Homo — (*Cato*) — virtuti simillimus et per omnia ingenio diis quam hominibus propior, qui nunquam recte fecit, ut facere videretur, sed quia aliter facere non potuerat, cuique id solum visum est rationem habere, quod haberet justitiam, omnibus humanis vitiis immunis, semper fortunam in

30

sua potestate habuit.“ Vellej. Pat. II, 35. — — 3) *Caesar dando* cet. *Cato nihil largiundo* cet. Mit Fleifs braucht Sallust vom Caesar *dando*, nicht *largiundo*, denn dieser letzte Ausdruck, *durch Spendiren* oder *durch Bestechen*, hätte ein gesetzwidriges Verfahren angedeutet; vom Cato aber sagt er nicht *nihil dando*, wodurch er ihn des Geitzes verdächtig gemacht hätte, sondern sehr wahr u. passend *nihil largiundo*. Dahl. Ita Moster nimium in Caesare largiendi studium scite non modo excusavit, sed in laudem etiam vertit. Vv. dd. — *perfugium*. Vide sub A. *Perfugium* locus est, quo, ab hostibus pressi, nos recipimus, ibi ut tuti simus impetusque illorum defendere possimus. Vv. dd. — *pernicies*. Ein schnelles u. gänzliches Verderben; daher vom gewaltsamen Tode; Corn. Dat. V, 4. Chabr. IV, 2. Cet. Herz. — *facilitas*. Qua facile aliquid de jure nostro remittimus, nec pertinaciter sententiae inhaeremus: conjungiturque saepe cum comitate et indulgentia. Cort. — *constantia*. Quae jam, mirabili exemplo, fuit in puero. Val. Max. III. cap. I. n. 2. Sed ea etiam saepe contra prudentiam peccavit. Cic. Epp. ad Att. I, 18. „Unus est, qui curet *constantia* magis et integritate, quam, ut mihi videtur, consilio et ingenio, Cato; qui miseros publicanos tertium jam mensem vexat.“ — — 4) *In animum induxerat*. Id potissimum sibi proposuerat, v. propositum habebat, id praecipue faciendum sibi esse putabat cet. cet. Etiam *animum inducere* sine praep. *in* dicitur. Vv. dd. — *neg. am. intentus sua neglegere*. Ante *negotiis* s. post *vigilare*, item post *dignum esset* colon ponas, post *intentus* deleas necesse est; *neglegere* enim non ab *in animum induxerat* pendere ut infinitivi *laborare*, *vigilare*, nominativus *intentus* facile te docebit. Id quod jam dudum senserat Cortius, nolunt vero videre Herzog., Fabri aliique. — *dono dignum*. Tale, quod cum dignitate dari posset. Vv. dd. — *novum bellum exoptabat*. Non cum Cortio et Müllero — (aliis h. pp., Langio) — interpretor *magnum*, *mirandum*, sed proprio sensu intelligo de studio, bella ex bellis serendi et ab uno ad alterum properandi. Haud dubie autem Sallustius de bellis contra Gallos, Germanos, Brittannos gestis, fortasse etiam de eo quod contra Parthos parabat, cogitavit, quorum nulla, non magna certe, necessitas erat. Verius ea de re Suetonii judicium. V. Caes. c.

24. Kritz. — *ubi virtus enitescere posset.* „Quid C. Caesarem in sua fata, pariter publica, immisit? gloria et ambitio et nullus supra ceteros eminendi modus." Seneca Ep. 94. Cf. Cic. de Off. I, 8, 7. — — 5) *Studium modestiae.* Verwandt mit *temperantia* oder *σωφροσύνη*, das Abgemessene u. Ruhige, *Leidenschaftlose* des Characters, daher unser: *Anspruchlosigkeit, Bescheidenheit.* Cet. Herz.; cf. de *modestia* Catonis Plutarch. V. ejus c. 39 et c. 57. Contraria lege Vellej. Pat. II, 45. extr. — — 6) *Cum innocente abstinentia.* Cf. ad cap. XII, 1. Constat, *innocentem* saepe vocari hominem, ab avaritiae crimine qui liber sit. Inde sequitur, *abstinentiam* et *innocentiam* non diversae esse significationis. Vv. dd. sec. Kritz. — *esse quam videri bonus malebat.* Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει. Aeschyl. Septem contra Theb. 596. — *eo magis sequebatur.* Vide sub A. Scite monuit Kritzius, vir doctus, *illam assequebatur* ob antecedens *quo minus gloriam petebat* non legi posse. „Aliquam enim rem, inquit, *assequi* is tantum dici potest, qui data opera adhibitoque studio eo, quo vult, pervenit; quoniam igitur *petita* tantummodo assequimur, non potest h. l. ea sententiarum oppositio esse, ut Cato *non petitam* gloriam *assecutus* esse dicatur: — — *Sequi* vero frequenter eae res dicuntur, quae non quaesitae sed quasi sua sponte obveniunt." Cet. cet.

Caput LV.

A. Lectiones variae.

1) *Postquam — jubet.* Erl. sol., ut scimus, *Postquam senatus utdixi incatonis*; ed. n. Rom. Br. a. 1494. *Postq. dixit Senatus* cet.; edd. nn. Ascenss. 1509 et 1511. *Postquam ut dixit*; a Leid H. abss. vv. *ut dixi*; reliqui f. *Postquam, ut dixi, Senatus* cet., quos seqq. recc. oo. — Erl. cum ll. l. pll. *optimum factu*; recc. f. *optumum factum* secund. Struv., Acad., Guelf. VI. VIII. X. XII, Marrii γ., it. ed. Venet. 1470. — Guelf. VIII. IX. X. *nocte.* — qd. male *ne quid in eo sp.* — Erl. cum ll. l. pll. *quae ad supplicium postulabat*; recc. oo. recte omitt. praep. *ad* sec. Bas. I. a m. sec. et Fabr. II. a m. sec., Senat. II, Heuss., Guelf. III. X, Palat. II. a m. sec., Tur. I; acced. Palat. X, in quo erat *quod supplicium*; contra Palat. XI. *triumviros, quae ad suppl. su-*

mendum postulat, *parare jub.*; Palat. VIII. *triumv.*, *quae ad suppl. post.*, *jub. parare*; in Commel. delev. man. sec. vocem *quae*; Fabr. I. hab. *postulant*; Inc. I, Guelf. XI. *postulabant*; Leid. C. *jussit.* — — 2) *Ipse* — *Praetores.* Erl. *praesidiis dispositis*; item Bas. II. III, Tur. I. II, Bern. II. — Erl. cum optt. *lentulum incarcerem deducit;* edd. nn. Ascenss. *Lentulus*; Fabr. I, Guelf. VI. *in carcere*; Leid. B. *deducit*; Commel., Guelf. V. *ducit*; Digb. *educit.* — Erl. cum optt. *Idem fit ceteris perpraetores*; Leidd. D. K. M. N., Struv., Inc. I, Fabr. II, Franc., Guelf. VII. VIII. *de ceteris*; Bas. III, Inc. II. *in ceteris.* — — 3) *Est* — *depressus.* Erl. *Est in carcere locus*, it. Bas. I. III, Tur. I, Bern. III; reliqui f. *Est locus in carc.*, quos seqq. edd.; voc. *locus* om. Bas. IV. — ll. praeter Fabr. I., in quo obv. *qui Tull.*, oo. *quod Tullianum appellatur*; edd. vett. f. *appell. Tull.*; at Erlang. *appellaba.*, inter versus super literas *aba* linea adpicta, qua incertum est num syllaba *tur* an literae *nt* exprimantur. — Erlang. cum ll. l. pll. tam scriptis quam editis *paululum ascenderis ad levam*; Gruter., Wass., Haverk., Cort, aliique multi *escenderis* e conject. Palmerii; Gerlach., Kritz., Fabri *descenderis* secund. Commel., Bongars. cod., Palat. II. a m. sec., Bas. III, Rem. I. II, Senat. II, Franc., Inc. I, Guelf. XII, Bern. I, plerosque Italicos, Leid. M. aliosque. Vide sub B. — Erl. neglig. libr. *pededes humi depressus*; haud pp. *pedes duodecim* s. *pedes XII*; Guelf. I. *duocim*; *circiter* non est in Tegerns., Fabr. II. et in I. non nisi in margine; Leid. B. *depressus est*; edd. qd. vett. *depressus humi.* — — 4) *Eum* — *facies est.* Erlang. solus *Eumque muniunt parietes undique atque*; reliqui f. *Eum muniunt und. par.*, *atque*; abest *eum* a Guelf. VI. — Glossatores et interpp. priores f. *camara.* — Erl. cum optt. *vincta*, h. pp. *juncta*; ut Inc. I, Guelf. III. XII, quod propterea factum est, quia librarii scribebant vel *uincta*, vel *uicta*, super lit. *c* lineola ducta. — Erlang. cum l. pll. *inculta*; recc. edd. oo. *incultu* secund. Leidd. H. L. M. N., Nazar., Commel., Bas. II. III, Senat. I. II, Guelf. I. V, et II. a m. pr., exhh. — Erl. *feda atque terribilis ejus facies erat;* reliqui *est*, praeter Bern. I, abs quo *est* abest, et edd. nn. vett. f., in qb. est *facies ejus est.* — — 5) *In eum* — *fregere.* Erlang. cum optt. recte *demissus*

est lentulus; exhh. *dimissus* Vin. II, Fabr. I, Franc., Acad., Bas. II, Rem. I. II, Inc. I, Guelf. I. II. IV. V. VIII. IX. X, Med. VIII. XI, Ven. II. III, Eichh. aliique, it. edd. qd. vett.; *est* om. Cort. — Erl. *indices rerum capitalium*; item alii libri multi; alii haud pauci *judices r. c.*; qd. *per indices*; qd. *per judices*; alius *judices vindices*, alius *laniatores et vindices*; plq. *vindices rerum capitalium*, quos seqq. recentt. oo. praeter Cortium ejusque sectatores, qui omitt. hanc triadem, quam ejici jam Gruterus voluerat. — Leid. C. aliique pp. *gulam ejus*; Guelf. VI. *ipsius*; Guelf. I. V. *frangere*; Guelf. VIII. *gullam*. — 6) *Ita ille — sumtum est.* Inc. II, Guelf. VII. *Itaque*; Bas. II. *Ita ille*. — Erl. *exgente clarissima corneliorum*; item Tegerns., Bas. I. II. III. IV, Tur. I. II, Bern. III. — Erl. *rome habuerat*. — Erlang. *exitum vite invenit*, super voc. *vite* inter lineas adscripta voce *sue*; item tenent *exitum* Leidd. E. F. J. K. N. et G. pro var. lect.; Merseburg., Guelf. VIII. IX. X. XI. XII, Bas. II. III. a m. pr., Vin. I, Senat. II, Rem. I. II. multique alii, item edd. vett. oo.; rectius reliqui *exitium vitae invenit*, quos seqq. recc. oo.; pp. vulgg. *vitae suae*. — Erl. *De cethego. statilio. gabinio. cepario eodem modo supplicium sumptum est*; edd. nn. vett. f. *sumptum supplicium est*; qd. *suppl. est sumt.*; alii *sumt. est suppl.*; Cortius cum aliis h. pp. v. *est* omitt.

B. Adnotationes.

1) *Senatus in Catonis sententiam discessit.* Vide LIII, 1. LII, 36. — *noctem, quae instabat, antecapere.* Nocti antevenire, nocte instante celeriter uti. Vv. dd.; Cf. XXXII, 1; *instabat.* So Plutarch. Caes. c. 7. τῆς δ' ἡμέρας ἐνστάσης. Nicht ohne den Nebenbegriff des Bedenklichen, Gefährlichen, Drängenden. So *instat hiems* Liv. XXXVI, 10. *instans bellum* Caes. B. G. VI, 4. *instantem damnationem frustrari* Tacit. Ann. XVI, 8. Herz. — *ne quid eo sp. novaretur.* Ne conjuratorum populares ea uterentur nocte, qua excitarent turbas ad socios vinculis eripiendos. Vd. dd. — *Triumviros.* Capitales, quibus cura carceris et suppliciorum demandata erat. Cet. Cortius; Cf. quae nos attulimus ad Plaut. Aulul. III, 2, 2. et Amph. I, 1, 3. in ed. n. opp. Plaut. Norimb. ap. Riedel. 1833. Vol. I. et III. — *quae suppl. post.* Quae ad sup-

plicium sumendum necessaria essent. Vv. dd. — — 2) *Ipse — Leutulum in carcerem deducit.* Cf. cap. XLVI, 5. XLVII, 3. 4. In carcere autem qui alicujus nominis aut dignitatis essent necabantur. Tacit. Ann. III, 51. In homines humilioris fortunae palam animadversum. Tacit. Hist. I, 46. ubi: *in Marianum Icelum, ut in libertum, palam animadversum.* Hic vero etiam propter participes conjurationis occultum supplicium erat necessarium. Cortius; repett. vv. dd.; monent tamen alii recte, non semper hanc nobiliorum hominum rationem habitam esse, quod probb. supplicia Bruti, Manlii, aliorumque. — — 3) *Est locus — quod Tullianum appellatur.* De conjunct. vv. *locus — quod* cf. Civ. de Legg. I, 7. ubi: „*animal* hoc providum, *quem* vocamus *hominem*;" Cic. de N. D. II, 20. „Jovis *stella, quae* φαέθων dicitur;" Cic. l. l. III, 20. „*mare* etiam, *quem Neptunum* esse dicebas." Cet. cet. Sic optimi quique scriptores pronomen relativum, inter duo nomina diversi generis positum, modo cum antecedente, modo cum consequente conjungunt. Plura docebit Zumpt. Gr. Lat. p. 300. Cet. cet. Vv. dd.; Carcer publicus Romae conditus est ab Anco Martio. Cf. Liv. I, 33. Eumque auxit firmioremque multo reddidit Tullius Hostilius rex. Inde ea pars nomen accepit *Tullianum*. Varro L. L. IV, 32. Liv. XXIX, 22. Cet. vv. dd. — *ubi paululum decenderis ad laevam* cet. cet. Vide sub A. Ea quae statim insequuntur *duodecim pedes humi depressus*, et paulo inf. §. 5. *in eum locum postquam demissus Lentulus* satis clare demonstrant, non *ascenderis* neque *escenderis* legendum esse, sed, ut exhibuimus, *descenderis*. — *humi depressus*. Prop. sub humum, in terram. Vv. dd. — — 4) *Camera.* Καμάρα, tectum incurvum, cujus singuli arcus fornices dicuntur, ita dictum, quia ad modum testudinis constructum est. H. l. quod nos dicimus, *ein Bogengewölbe.* Neque enim necessarium erat, ut adhiberentur lapides ad fornicandas *cameras*, quod probatur Plin. H. N. XXXV, 11, 40. Cet. *fornicum lapideorum* inventorem vocat Democritum Seneca Ep. 90, ubi: „Democritus invenisse dicitur *fornicem*, ut lapidum curvatura paulatim inclinatorum medio saxo alligaretur." Cet. cet. Vv. dd. — *sed incultu.* Antiquum vocabulum pro *squalore*. Cort. — — 5) *Vindices rerum capitalium.* Carnifices sub *vind. rer. cap.* intelligen-

dos esse, neque vero, quod quidam voluerunt, Triumviros, quos supra nominaverat, satis constat. Vv. dd. — *laqueo gulam fregere.* Ita *frangere cervicem* dicit Cicero in Vatin. cap. XI. Horat. Od. II, 13, 6. Vv. dd. — — 6) *Ille patricius ex clar. g. Corneliorum.* Vide supra ad Cap. XVII, 3. — *exitium.* Vide sub A. Recte tenetur *exitium*, quod pro *exitum* veteres dixisse testis est Festus. — *De Cethego, Statilio, Gabinio, Coepario.* Vide supra ad cap. XVII, 3. 4. XLVI, 2. — *supplicium sumtum est.* Constat, id factum esse ipsis Nonis Decembribus (quinto die m. Decembr.). Supplicio sumto, congregato in foro multitudine, Cicero rem aperuit verbo: *vixerunt!* Consuli tum ab optimis quibusque civibus summum honorem habitum, eumque a Catone et Senatu patrem patriae appellatum esse, ipse commemorat Or. pr. Sull. c. 11. in Pison. c. 3. Ep. ad Div. V, 2, 16. Philipp. II, 5, sed pluribus enarrat Plutarch. Vita Cic. c. 22. 23.

Caput LVI.

A. Lectiones variae.

1) *Dum — complet.* Erl. cum optt. *Dum ea rome geruntur. catilina*; Inc. I, Guelf. VII, Bas. IV. *dum haec*; neutrum est in Bas. I. in textu, inter versus *haec*; Inc. II. *dum ea ger. Romae.* — Erl. cum optt. *quam et ipse adduxerat;* vox *et* abest a codd. h. pp., ut a Bas. II, Fabr. I, Inc. I, Senat. II, Struv., Heuss., Leidd. D. K. aliisque; Leid. B. *secum ipse*; Leid. N. *abduxerat.* — Erl. ut sol. *et mallius* pro *et Manlius.* — Leid. N. *constituit.* — recte recc. *cohortis*; qd. *cohorteis*; Erl. *cohortes.* — *militum* abest ab Eccard. — Fabr. II. *complevit.* — — 2) *Deinde — habuisset.* Ll. plq. oo. *ut quisque voluntarius*, item Erlang., neque tamen negandum, fuisse librario aliud quid prae oculis, forte *voluntate*, est enim in fine vocis syllaba *ri* non satis sincera;. Guelf. VI. *quisquam voluntarius.* — Erl. cum optt. *aut ex sociis;* abest *aut* ab Heuss.; Guelf. IX. a m. sec. hab. *aut rogatus ex sociis*; ed. n. Venet. 1471. *ex sociis Catilinae.* — Cortius, et qui eum seqq., *in castra venit* secund. Fabrician. I. et II, quib. accedere dicunt vv. dd. Tegerns.; male iisdem accenseri codicem Erlangensem, vix est, quod moneamus, hic enim liber clarissimis literis exhibet *incastra venerat*; it. ll. reliqui. — Erl.

equaliter distribuerat, vel pot. *eqlr*, ceteris inter versus per siglas expressis; it. optt. et pll. ll.; Leid. J. *distribuebat*, quem sequitur Kritzius; Bas. III, Rem. I. *distribuit.* — *spatio* abest a Bern. I. — ed. n. Venet. 1471. *ex numero hominum*; a Rem. I. abest *hominum*, pro quo qd. male *omnium.* — Erl. *cum in inicio*; it. Leidd. K. M. aliique. — Erl. cum ll pll. *milibus*, una litt. *l.* — — 3) *Sed* — *portabant.* Leid. M., Franc., Bas. III. *ex omnibus copiis.* — Erlang., it. edd. nn. f. oo.; *quarta pars*; recc. oo. *pars quarta*, nullius lectionis mentione facta. — Guelf. VI. *milit. instructa armis* — Erl. *utquemque* cum optt. ll.; vulgg. *uti*; Guelf. III. *sicut.* — Leid. M. *atque lanceas.* — Erl. cum l. pll. *praeacutas sudis*; Struv., Guelf. III. VII. VIII. aliique *peracutas*; recte recc. *sudis.* — — 4) *Sed* — *patravissent.* Erl. quid. cum ll. oo. *Sed Postquam antonius*, neque tamen priore syllaba in v. *postquam* satis *pura.* Qd. *posteaquam* male. — Erl. *advertabat. catilina per montes*; recte recc. *montis.* — Frl. cum ll. l. pll. *modo ad urbem modo* cet.; Cortius aliique h. pp. *ad urbem modo, modo* cet. sec. Guelf. IX; praep. *ad* abest a Guelf. X, eamque Guelf. XII. non nisi inter lineas habet; Leid. K. *modo Galliam modo urbem versus.* — Erlang. praepos. *in*, quam recc. oo. habb. ante *Galliam* secund. Prisciar. de XII. vers. Aen. cap. 13, codd. qsd. Cortii, Leidd. A. 3. C. D. H. L, cod. Riv., aliosque h. pp., et pro qua alii multi exhh. *ad*, ut Fabr. I, Bas. II, Inc. I, Guelf. VI. aliique, non agnoscit, neque agnoscunt Leidd. E. F. G. J. M. N, novem codd. Wassii, Tur. I, Struv., Inc. II, Rem. I, Bas. I, Vinar. II, Fabr. II, Franc., Acad., Guelf. II. III. IV. V. VII. VIII. IX. X. XI. XII. aliique mm.; recte recc. *vorsus.* — pro *castra movere* hab. cod. Franc. *arma movere*; verum Bas. I. exh. *castra movere, scilicet ut fatigaret Antonium cum suis.* — Fabr. I, Heuss., Acad., Senat. II, Bas. II. III, Guelf. III, Tegerns., Paris. C., Tur. I. m. pr., Tur. II. *sperans*; it. ed. n. Venet. 1471. — Erlang. *Sperabat propediem magnas copias se habiturum*, modo quod h. pp. *sese* habb. pro *se*, quos seqq. recc. oo.; at Cortius cum aliis qbd. omitt. vv. *magnas copias* secund. Guelf. XI, ad quem accedere ajunt Tegerns.; *copias magnas esse* cod. λ. Markii; *magnam copiam* Inc I; neque *se* neque *sese* hab. Leid. N. — Erl. *sirome.* — ed n. Rom. Br. 1494.

paravissent. — — 5) *Interea — communicavisse.* Erl. *Interea servicia repudiabat cujus in inicio*; it. optt. qq., omissa tamen praep. *in* ante *initio*, quae praeter in Erlang. et. est in Leid. D.et edd. qbd. vett.; at eaedem edd., it. Leid. D., Bas. III. IV, Guelf. IX. X, Eccard. aliique exhh. male *cujus rei initio*; alii, ut Leidd. C. E. G. H. M., Franc., Inc. I, Guelf. VI, Fabr. I. a m. rec., Vin. II. aliique, tenent *quorum initio.* — ed. n. Venet. 1471. *magna copia.* — Leid. K. sine sensu *quia quibus conj. fretus*, nisi ita est ex errore typogr. in edit. Haverk. pro *quia opibus* — oo. f. hodie *simul alienum suis rationibus existumans*; Erl. *Simul alienum suis existimans rationibus*; vox *simul* abest ab Commel., Naz., Pal. II, Guelf. I. V; Guelf. VI. hab. *res alienum*; Inc. II. *moribus*; pro *existumans*, quod abest a Leid. J, Pal. IV, cod. Putschii et Guelf. I. VI, tenet Leid. M. *exstimans.* — Erl. cum optt. ll. *causam civium cum servis fugitivis communicavisse*; Guelf. IX. *fugitivis servis*; cod. Riv. non hab. *servis*, a Senat. II. et Heuss. abest *fugitivis*; L. 3. Wassii et Guelf. VIII. *fugituris*; vulgg. plq. oo. *communicasse.*

B. Adnotationes.

1) *Ex omni copia.* Cf. supra VII, 7; *Copia* de militibus singulari numero dictum, plerumque inconditam multitudinem significat, ita ut non ad ordinem institutum, sed tantummodo ad numerum respiciatur. Cic. pr. Mur. 37, 78. Infra LXI, 5. Cet. cet. Kritz. — *ipse adduxerat.* Cf. supra Cap. XXXVI, 1. — *Manlius habuerat.* Cf. supra Cap. XXVIII, 4. XXX, 1. — *instituit.* J. e. composuit, coegit. Vv. dd. — *cohortis pro numero militum complet.* Effecit, ut manipulorum et centuriarum aequa ratio constaret; h. e. prout militum multitudo suppetebat, cohortes complet. Erant vero in legione decem *cohortes*, in cohorte tres *manipuli*, in manipulo duae *centuriae.* Sed *centuria* nomen quamquam a *centum* traxit, tamen numerus virorum pro militum copia diversus erat, ita ut singula quaeque legio 4000 fere milites contineret. Sed hae duae legiones Catilinae, ab initio perexiguae erant et tantum e duobus millibus constabant, donec eas explevisset. Contra narrat Appian. II, 7, Catilinam secum habuisse 20,000 fere milites, eorum vero quartam tantummodo partem justis armis exstructam. Vv. dd.; cf.

Veget. II, 6. Lips. de milit. R. II, 4. — — 2) *Voluntarius aut ex sociis.* Oppido fallitur Cortius, *voluntarios* et *socios* e more militiae Romanae intelligens, ita ut *voluntarii* sint, qui stipendiis emeritis ultro se ad militiam afferrent, *socii* vero populi Romani socios significent. Qua sententia nihil perversius cogitari posse Dahlius, Lang., Müllerus — (it. Herzog. aliique) — recte notarunt. Intelliguntur enim tum ii — (*voluntarii*) —, qui, ut c. XXXIX, 5. dixerat, extra Conjurationem ad Catilinam proficiscerentur, tum — (*sociis*) — ipsi conjurationis populares. Cf. c. XVI, 4. XL, 6. Kritz. — *aequaliter.* Aequo modo, aequis portionibus. Vv. dd. — *numero hominum.* Sc. justo, solito. Respondent his insequentia *sed ex omni copia* cet., hoc sensu: hominum justo numero legiones expleverat, suos cuique legioni viros dederat, verum arma militaria iis impertire non poterat. cet. Vv. dd. — *amplius duobus.* Amplius quam duo. Alias *supra*, ut Liv. III, 31. *supra septem millia hostium.* Vv. dd. — — 3) *Militaribus armis.* Sic apud Curtium IV, 14, 6. „barbarorum inconditum agmen: alium nihil praeter jaculum habere, alium funda saxum librare, paucis *justa arma* esse." Sic. Tacit. Ann. III, 48. *legionaria arma*, Hist. III, 80. *scuta militaria* dicit. Vv. dd.; Man begreift leicht den Unterschied zwischen *militaria* u. *bellica arma.* Erstere begreifen die regelmässige Bewaffnung, letztere dienen zu jeglichem Angriff. Herz. — *sparos aut lanceas*, *alii praeacutas sudis portabant.* Vocabantur *spari* s. *spara*, nam obv. *sparus* et *sparum*, rustica tela, in modum *pedorum* recurva — (*pedum* i. q. *agolum*, *Hirtenstab*) —, quibus homines agrestes usos esse legimus cum ad venandum, tum ad sese defendendum ab hostibus. Cf. Aul. Gell. N. A. X, 25. Cornel. Epam. IX, 1. Liv. XXXIV, 15. cet. cet. *Lanceae*, quas Caesarem temporibus milites praetorianos, a Graecis eam ob causam λογχοφόρους s. δορυφόρους appellatos, gessisse constat, quaeque hostis equestribus haud absimiles esse videntur, haud secus atque spari telis rusticis accensendae sunt. Contra *sudes praeatutae* saepissime adhibebantur, praesertim ab iis, qui in urbibus obsessi se defenderent ita quidem, ut iis uterentur ad hostes vel repellendos, vel arcendos. Cf. Caes. B. G. V, 18. B. Afr. 20. Tac. Hist. II, 21. IV, 22. cet. cet. Vv. dd.; *Portabant* i. e. gerebant. — — 4) *Antonius cum*

exercitu. Cf. supra Cap. XXXVI, 3. — *per montis.* Intellige montes Apenninos, quorum ad radices urbs Faesulae sita erat. Cf. supra Cap. XXVII, 1. XXXVI, 1. Vv. dd. — *modo ad urbem, modo in Galliam vorsus.* Scilicet ut evitaret Antonium, qui cum exercitu recta Faesulas tendebat. Ceterum i luce clarius est, *versus* non participium esse, sed praepositionem, innumeraque docere exempla, eandem vel solam poni posse, ut Jug. XIX, 3, vel conjunctam cum *ad* sive *in*, ut h. l. Vide Jug. LVIII, 4. LX, 1. Cf. Zumpt. Gr. l. §. 30. Ramsh. p. 248. Vv. dd. — *magnas copias sese habiturum.* Vide sub A. Nihil clarius esse potest, quam quod exprimunt haec verba, nimirum potuisse tum Catilinam sperare, exercitum suum propediem auctum iri, scilicet si Romae conjuratio valuisset, *si Romae socii incepta patravissent.* Cf. supra Cap. XXXII, 2. XXXIX, 6. XL, 1. Vv. dd. — — 5) *Servitia repudiabat, cujus.* Contra conf. supra Cap. XXIV, 4. XLVI, 3; vide sub. A. Numeri mutati excusatio inde petenda, quod res aliqua indefinite cogitata nullo fere sententiae discrimine et plurali et singulari enunciari potest; quod igitur in disjunctis enunciationibus licet, id paullo liberius in eadem verborum complexione admissum est. Magnopere eam licentiam indefinita neutrius generis natura adjuvari, quivis facile sentit; cui rei h. l. accedit, quod *servitium* et *servitia* usu plane permiscue usurpantur. Cet. cet. Kritz.; cf. Ramsh. Gr. p. 697. 4.

Caput LVII.

A. *Lectiones variae.*

1) *Sed — in Galliam Trasalpinam.* Abest *sed* ab edd. nn. Ascenss. — *nuntius in castra* ed. n. Venet. 1471, it. Guelf. VIII, qui addit *perveniens*; contra Guelf. VIII. et Bas. II. *pervenit, dicens, Romae*; cod. Mark. λ. *venit.* — Erlang. cum ll. pll. *rome conjurationem patefactam. de lentulo. cethego. ceterisque* cet.; Heuss. *Romam conjurationem petere factam*; Guelf. VII. VIII, Vinar. II, Bal., Bodl., item edd. nn. Ascensianae *Romae conjuratione patefacta*; it. cod. B. Publ., modo *conjuratione* voce omissa; vulgg. *patefactam esse*; h. pp. *Lentulo et Cethego*; Cortius *ceteris,* omisso *que* secund. Guelf. IV. et Senat. II, pro quib. ll. Kritzius eos laudat, quos copula *et* destitutos esse Cortius dicit; qd. *et cete-*

ris. — Erl. cum optt. ll. *quos supra memoravi*; Guelf. VI, it. ed. n. Venet. 1471. *memoravimus.* — Erl. *sumptum*; vulgg., it. Leid. K., *sumptum esse.* — Erl. cum ll. pll. *illexerat. dilabuntur*; cod. B. Pub. *inlexerat*; ed. n. Rom. Br. *dilabantur*; Guelf. I. *delabuntur*; Guelf. VII. *a bello dilabuntur.* — Erl. *Reliquos catilina per montes asperos*; recte recc. *montis*; edd. nn. Ascenss. *per montis sparsos*; qd. *per montes altos* habere dicunt. — Erl. cum l. pll. *in agrum pistoriensem adducit*; Leid. K. *inducit*; recc. oo. secund. codd. qd. Rivii., Leidd. praeter K. oo., plq. Cortii aliosque *abducit;* Guelf. XII. *adduxit*; qd. *duxit.* — Erlang. *eo conscilio uti per tramites occulte perfugeret*; Bongars. e cod. qd. *adducit, ubi per tramites*, expunctis vv. *eo consilio*; cod. Reg. Wassii *per tramites occultos*; cod. Francii *per tramites occultos pergerent*; Guelf. IX. *per occultos tramites occulte*; Rem. I. *profugerat*; Guelf. IX. *perfugerat*; codd. L. 2. et Mark. y. Wassii *profugerent*; sed Fabr. I. II, Vinar. II, Inc. II, Senat. II, Guelf. II. III. VIII. et edd. qd. vett., *perfugerent*, quos seqq. recc. praeter Kritz., Herz., Fabri, qui tenent *perfugeret.* — Fabricianus II, item, ut dicunt, unus Rivii, exhibent *in Galliam Cisalpinam*; reliqui oo., ut scimus, recte tenent *in Galliam Transalpinam*; solum codicem Erlangensem neque *Cisalpinam* neque *Transalpinam*, sed solummodo *in Galliam* habere, viri docti ad unum omnes notaverunt; falso tamen, clarissimis enim et nitidissimis literis exhibet hic liber *ingalliam trans alpinam.* Id utrum editorum, ipsi qui librum Erlangensem contulerunt, negligentiae magis an malevolentiae vitio vertendum, vix est quod dubites; ceterorum credulitas excusari potest. Sequuntur tamen Cortium, qui vocem *Transalpinam* primus omisit, recc. oo fere praeter Langium, Gerlach. et Herzogium. Vide sub B. — — 2) *At* — *agitare.* Guelf. IV. *Atque Met. C.*; Struv. *At Met. C.*; Erl. cum optt. *At Q. metellus celer.* — Erl. *viceno.* — Erl. *ex difficultate*, sed litera *c* non satis pura. — *illa* abest a Guelf. V; Fabr. II. *eadem illa, quae supra diximus, aestimans*; Erl. *existimans*; recte recc. *existumans*; L. 2. et B. Publ. habb. *memoravimus* pro *diximus* a m. pr. — Erl. cum optt. ll. *catilinam agitare*; edd. nn. R. Br. 1494. et Ascens. *exagitare.* — — 3) *Igitur* — *properanti.* Erl. *Igitur ubi ejus iter ex perfugis*; item edd. nn.

vett. oo. f.; Guelf. III. *ut iter ejus*; Fabr. II. *Iter igitur ejus ubi*; Leidd. B. C. D. G., Vinar. II, Inc. II, Acad., Struv., Guelf. VII. VIII. X. et edd. qd. vett., *profugis*. — ll. f. oo. *castra propere movit*; Cortius secund. Guelf. V. *castra propere movet*; it. ed. n. Venet. 1471; acced. Erlang., in quo est *castra movet propere*. — Senat. II. et Heuss. *montis*. — Erlang. cum ll. et optt. et pll. *qua illi descensus erat ingalliam properanti*; Fabr. II. *decessus*; Guelf. I. V. *discessus*; Struv. *discensus*; Guelf. VI. *proper. in Galliam*; abest. *properanti* ab Acad.; inde permotus Cortius est, qui vv. *prop. in G.* omitteret, eumque sequuti sunt h. pp. —— 4) *Neque sequeretur*. *Tamen* non est in Bodl. et Mark. γ. — Erl. cum oo. f. *antonius procul aberat*; edd. med. a. h. pp. *longe aberat*. — Erlang. cum optt. et pll. ll. *utpote qui magno exercitu locis equioribus*; L. 1. 2. 3. Wassii, item ed. n. Venet. 1471. *ut qui*; Leid. K. *qui cum magno*; a Leid. B. *magno* abest. — recc. oo. *expeditus*, praeter Müllerum, qui *expedito* exh. secund. Froebel., et Lang., qui hab. *expeditos* secund. libros f. omnes, etiam Erlangensem. *Expeditus* primus dederat Cort. secund. Fabric. I. a m. pr. et Eabr. II. pro varia lectione. — ll. l. pll. *in fugam sequeretur*, item edd. vett. nec non med. a. oo.; contra Erlang., Leidd. F. K. L. M., meliores Gruteri, qd. Wassii, Bas. I. IV, Rem. II, Fabr. I. II, Vinar. II, Franc., Eccard., Heuss., Guelf. I. V. X. XI, Tur. I. II. aliique pp. rectius exhh. *in fuga*. —— 5) *Sed — confligere*. Leidd. A. K. *Sed postquam Cat.*; edd. vett. f. *Sed postquam videt Cat.*; reliqui ll. f. *Sed Catilina postquam videt*; solus Erlang., ut scimus, *Sed catilina ubi videt*; Guelf. V. tamen et Tur. II. *vidit*; abest *videt* a Commel., et in Franc. non nisi post voc. *clausum* apparet; vv. *montium atque* non sunt in Ms. Bongarsii. — Erlang. cum optt. ll. *copiis hostium esse clausum*; pro *copiis* hab. *copia* Heuss.; pro *sese clausum* exhh. Palat. VII. et Guelf. IX. *sese circumventum*. — Erl. *neque videt fuge neque praesidii*; jam edd. nn. Ascenss. recte *praesidi*. — Erl. cum optt. et pll. *ullam spem*; Guelf. VIII. *ullum spem*; Guelf. VI. tantummodo *ullum*, omisso *spem*. — Erl. cum pll. *optimum factu*; recc. oo. f. *optumum factum* sec. Acad., Guelf. V. IX. XII. — Erlang. *intalire fortunam belli temptare*. — Erl. *cum antonio quam primum con-*

fligere; Leid. J. delet *quam*; cod. Franc. *affligere*. — — 6) *Itaque* — *habuit*. Cod. Heuss. *Atque* habet pro *Itaque*. — Leid. B. *convocata concione*; Guelf. IV. *conjuratione advocata*. — vulgg. *hujusmodi*.

B. Adnotationes.

1) *Quos supra memoravi*. Cap. LV, 6. — *illexerat, dilabuntur*. Illicere bezeichnet meistens eine unerlaubte, betrügliche oder täuschende Anlockung, Beredung aus unedlen, wenigstens sinnlichen Motiven. Anal. *illecebrae*. Justin. XXXI. 6. 4. XXXVIII, 3. 7. Synon. *irritare*. Curt. V, 1, 36. *inescare* Vellej. II, 13, 2. Conf. Tacit. Ann. XII, 44. extr., Liv. V, 33. Cet. cet. Herz.; *dilabi* dicimus totius cujusdam corporis partes, velut exercitus, ulla de causa, maxime vi aliqua urgente, dissolutas atque disjectas. Vv. dd.; i. e. exercitum relinquunt, diffugiunt. Vv. dd. — *magnis itineribus*. Sc. confectis singulis diebus. Vv. dd. — *in agrum Pistoriensem abducit*. Qui ager est in Etruria, ab urbe *Pistoria*, quam et *Pistorium* dicunt, sub Apennino (in parte Apennini occidentali), haud longe a Faesulis, sita, nunc Pistoria. Vv. dd. sec. Cellar. II, 9. p. 714. — *perfugeret in Galliam Transalpinam*. Vide sub A. „Post *Galliam* plerique omnes fere codd. addunt *Transalpinam*, quod inde a Cortio paene omnes omiserunt, ridiculo ejus argumento commoti, *Galliam* h. l. *Allobrogum* terram intelligi, quae non ad *Transalpinam* sed ad *Cisalpinam* pertineat. In quo dubites, utrum magis mireris Cortii errorem, an ceterorum credulitatem, Allobroges sibi persuadentium in *Gallia Cisalpina* habitare, qui in *Transalpinae* ea parte, cui Narbonensi nomen, degebant. Cf. Plin. H. N. III, 3. Sect. V. T. I. p. 556. Ed. Franc. Quod igitur Fabr. II. et unus Rivii praestant *Cisalpinam*, ex illorum mente unice verum, falsissimum est.“ Ita Kritzius. Addit vir clarus, fidem esse habendam codici Erlangensi, qui neutrum habeat, sc. neque *Cisalpinam* neque *Transalpinam*. Falsum hoc esse, sub A. satis probavimus. Praeter libri Erlangensis auctoritatem Kritzius vero id quoque ad defendendam suam lectionem profert, quod, licet certum sit, Allobroges h. l. intelligi, a quibus potissimum Catilina auxilium speraret, nihil tamen obstet, quominus iidem Allobroges latiore *Galliae* nomine signi-

ficentur. Id quamquam concedendum est, neminem tamen esse putamus, qui, hocce argumentum levius esse, quam propter quod omnium paene librorum lectio relinquatur, non videat. Tenendum ergo cum cod. Erlang. *perfugeret in Galliam Transalpinam.* — — 2) *Q. Metellus Celer.* Vide supra ad cap. XXX, 5. — *in agro Piceno praesidebat.* Vide supra ad Cap. XXVII, 1; *praesidere* est praesidio esse, tutandi causa praeesse. Vv. dd. — *ex difficultate rerum*; J. e. propter difficultatem rerum: scil. Catilinae, cui omnia adversa erant. Vv. dd. — *eadem illa existumans* cet. J. e. eadem existimans, quae nos paullo ante existimavimus, nempe Catilinam haec ex difficultate rerum agere. Lang. — — 3) *Ex perfugis.* Perfuga est miles fugitivus, quatenus ad hostes *pervenerit*, ubi jam receptus in tuto versatur; profugus omnino is, qui, suis derelictis, alienam terram fuga petit, neque tamen tutum nactus est locum. Transfuga ex numero est eorum, qui, quum a parte ad alteram transierit, *male notatus* habebatur, ideoque levioris aestumatur. Justin. XXVII, 3, 9. Sall. Jug. LIV, in. Herz. — *sub ipsis radicibus montium.* J. e. in eo Apennini latere, quod versus Galliam Cisalpinam spectat. Lang. — *consedit.* Castra posuit. Vv. dd. — *qua.* Sc. *via.* Vv. dd. — *in Galliam properanti.* Vide sub A.; Scite monuit Herzogius, *properanti* prorsus necessarium esse ad prudens Metelli consilium significandum. Nam quum Catilina haud dubie pluribus locis descendere posset, hostibus non instantibus, tunc undique circumventus properansque evadere *brevissimam* viam elegit, quod sentiens Metellus illo ipso loco ei obstitit. Kritz. — — 4) *Neque tamen Antonius.* Vox *tamen* cum particula *neque* conjuncta saepe transitioni inservit. Poteris h. l. interpretari: *quamquam* autem Metellus Catilinam jam praeverterat, *tamen* neque Antonius procul aberat. Vv. dd. — *qui magno exercitu locis aequioribus expeditus in fuga sequeretur.* Vulgatam *expeditos in fugam* — (vide sub A.) — primus sensit Cortius ferri non posse, sive cum Wassio *expeditos* ad antecedentia trahas, quo sententia inepta existit, sive cum sequentibus conjungas, quod Dahlius multis defendit, interpretatus: *in fuga festinantes*, seu *ad fugam paratos.* Sed facilitatis celeritatisque notio, quam recte vidit in vocabulo *expeditus* inesse, obstat, quominus haec ad Catilinam referri possint, quum pa-

teat, Sallustium caussam afferre velle, cur Antonius non procul abfuerit, *quippe qui expeditus esset locis aequioribus*, quum Catilina contra asperis montium tramitibus non nisi lentius cum agmine procedere posset. Cet. cet. Kritz. — — 5) *Montibus atque copiis hostium sese clausum*. A *montibus* et Metelli *copiis* versus septentriones, a *copiis* Antonii versus meridiem. Vide cap. 59. Nam e sequentibus colligitur, Catilinam tantum cum Antonii copiis, non Metelli pugnasse, et Metellum a parte occidentali Catilinam esse persecutum, dum idem faceret Antonius a parte contraria. Lang. — *praesidi*. Sc. a parte sociorum, quos vel ad se erupturos, vel, in urbe victores factos, auxilium missuros esse speraverat. Vv. dd. — *in tali re*. In tali rerum statu, rebus tam afflictis. Vv. dd. — *fortunam tentare*. Experiri. Ita saepius. Cf. Caes. B. Gall. III, 6. VII, 4. I, 36. Justin. XXI, 2, 6. Cet. Vv. dd. — *confligere*. Pugnam inire, arma conserere, signa conferre. Cet. Vv. dd. — — 6) *Concione advocata*. Jede *zusammengerufene* Versammlung des Volks oder des Heers zu Anhörung eines bestimmten Vortrags ist *concio*, u. daher auch dieser Vortrag selbst. Liv. XXIV, 22. Cet. Herz.

Caput LVIII.

A. Lectiones variae.

1) *Compertum* — *fieri*. Vox *ego* abest a Leidd. K. M., Bas. III, Med. XI. aliisque paucis; item ab ed. n. Venet. 1471. — Erlang., item Leidd. praeter G. oo., Eccard., Inc. I. II., Acad., Bas. I. III, Senat. I, Franc., Fabric. I. II, Guelf. II. III. V. IX, Tur. I. II, Bern. I. IV. aliique mm. *verba virtutem non addere*; Fabr. I. tamen et Bas. I. a m. sec. habb. *verbo*; reliqui vero, it. edd. nn. vett. oo. f., *virtutem viris non addere*. — Erl. cum optt. *oratione imperatoris*; vulg. *imp. or*. — — 2) *Quanta* — *officit*. Ed. n. Venet. 1471. *Sed quanta*; Guelf. III. *Quantacumque animo*; Guelf. V. a m. sec. *quanta cuique animo*, item, ut vid., in Guelf. IX, Fabr. I, Struv., Senat. II. et Heuss.; Guelf. I. *quanta cui animo*; Erl. cum optt. *Quanta cujusque animo audatia*. — Guelf. IX. *neque periculum excitat*. — Erl. cum optt. *nequicquam hortere*; Vat. A., Tegerns., Bern. IV. *nequiquam*; edd. pll. *nequidquam*; Guelf. I. VI. VIII. IX, Acad., Inc. II, Franc. *hortare*; Guelf. VI. a m. sec., Guelf. IX. *hortari*; Guelf. V. *hort*

re, *hort ere*, scil. librario, quam vocalem adderet, nescio; Fabr. I. *hort.*, cui addidit altera manus *ere.* — Erl. cum pll. l. ll. *officit*; edd. pll. f. *obficit*, it. Guelf. V. — — 3) *Sed* — *aperirem.* Abest *vos* a Guelf. IV. — Erl. cum optt. ll. *monerem advocavi.* Edd. nn. R. Br. 1494. et Ascenss. 1509 et 1511. *memorem* habb.; Bas. II, Franc., Guelf. V, Comm., Mark. *y. admonerem*; Guelf. VI. in textu *adcavi*, in marg. *advocavi.* — Erl. cum optt. et pll. ll. *uticausam meiconscilii aperirem*; recte recc. *mei consili*; Bas. III. *nostri cons.*; Tur. II. *cons. mei*; Cortius cum aliis h. pp. sec. Vinar. II. et. Venet. a. 1470, *mei* omitt. — — 4) *Scitis* — *nequiverim.* Acad. *scitis si quidem.* — Erl. cum optt. *socordia atque ignavia lentuli.* — Erl. cum ll. pll. *quantam ipsi nobisque cladem*; it. edd. vett. et med. a. oo.; inde a Cortio vero paene omnes *ipsi cladem nobisque* secund. Guelf. II. et Bas. II.; Gerlach. tamen in Comment. p. 151. vulg. lect. restituend. esse censet; Fabr. II. *ipsis*; Franc., Leidd. D. J. et Bas. III. *sibi*; Inc. II. *sibi et nobis*; Leid. M. *sib inobisque*; Guelf. V. *ipsi et vobis*, vocem *que* addidit tam. m. sec. — Guelf. VIII. *attulerat*; Guelf. IX, Fabr. II. *intulerit.* — Erl. cum optt. *quoque modo*; Bas. II, Struv. *quo modo.* — ed. n. Venet. 1471. *praes. ex urbe.* — Erl. *operior. in Calliam.* — — 5) *Nunc* — *intellegitis.* Erl. cum optt. qbq. *Nunc vero*; Cortius sine nota v. *vero* omisit, eumque h. pp. seqq. — Erlang. *qua loco res nostrae sint*; item Ecc., Vin. II, Sen. I, Acad., Bas. II. a m. pr., Rem. I. II, Struv., Guelf. IV. VII. X. XII, Franc., Reg., Pemb., B. Publ., Mark. *y.*, Leidd. M. N., Bern. I. IV, Med. V. VI, Vat. A., Flor. I. VI. VIII, Min. II, Vat. I. III. IV; quos seqq. compll. recc., Gerlach. demum in Comment.; reliqui *quo in loco* cet.; seqq. pll. recc.; ed. n. Venet. 1471. *res vestrae*; Leidd. G. H. *sint sitae*; Fabr. II, Inc. II. *sitae sint.* — Erl. h. l. *intelligitis*; recc. recte *intellegitis* sec. Guelf. I, Senat. I. aliosque — — 6) *Exercitus* — *prohibet.* Vocem *duo* male om. Leid. F. — Erl. cum optt. *aburbe alter agallia*; Struv. *in Gallia.* — Erl., it. Leid. N., Eccard. et ed. n. R. Br. 1491. *obstat*; reliqui *obstant* rectius. — Erl., it. Guelf. IV, *in hoc loco esse*; Vinar. II. et Tegerns. *in his esse locis*; Guelf. IX, Fabr. I. *esse* omitt. — Erl. *simaxime*; recc. recte *maxume*; codd. Rivii *si an. maxime f.*; pro *ferat* inven. *fuerat* in cod. B. Publ. — Inc. II.

non hab. *atque.* —— 7) *Quocunque — est.* Erlang. *ferro aperiendum iter est*; Guelf. *iter est aperiundum*; recc. f. *iter aperiundum est* sec. codd. pll. —— 8) *Quapropter — portare.* Leid. M. *uti fortes* cet. — Fabr. II. *parato sitis animo.* — Erl. cum pll. et. optt. *et cum* cet.; Leid. M. *ut cum*; Inc. II. neutrum habet. — Erl. *memineritis vos divicias* cet.; omitt. *vos* Mark. γ., Bern. III; in qbd. *nos* esse, testis est Gruter. — Erlang. cum ll. pll. et optt. *in dextris vestris portare*; Guelf. I. *in dextris portare vestris*; Guelf. XII. del. *vestris*, cumque seqq. post Cortium. h. pp.; acced. Ven. I; Med. VI. *in vestris dextris.* recc. tamen recte *in d. vostris p.* —— 9) *Si — patebunt.* Edd. vett. qd., e nostris R. Br. a. 1494. et Ascenss., *si vicerimus.* — Erl. cum optt. *omnia nobis tuta erunt*; Guelf. VI. *nob. o. t. erunt*; Guelf. XII. *omn. tuta erunt nobis*; abest a Senat. I. *nobis*, it. ab Eichh. — Erlang. sol. *et municipia atque coloniae patebunt*; item edd. vett. nn. et med. a. oo. atque edd. Grüt., Wass., Haverk., solummodo copula *et* omissa; eadem lect. est in Tegerns., Tur. I. II, Bas. II. III. IV. et Leidensibus, ut vid., oo. —— 10) *Sin — non texerint.* Libri plerique omnes, item Erlang., *Si metu* exhh.; soli Leid. B., Med. VIII, Vat. III. V. VI. *sin* habere videntur, quibus e vett. edd. n. assentiuntur edd. nn. Ascenss.; seqq. recc. — Erlang. *eadem illa fient adversa*: pll. *eadem illa adversa fient*, quos seqq. recc., scribb. vero *advorsa*; Cortius tamen cum aliis qbd. *eadem illa advorsa sunt* secund. Fabr. I, ad quem acced. dicunt Tegerns.; Guelf. V. *illi* hab. pro *illa*, Rem. I. neutrum; Leid. G. *nobis fient*; Leid. H. *erunt.* —— 11) *Praeterea — paucorum.* Erlang. cum optt. et pll. *non eadem nobis et illis necessitudo inpendet*, ita tamen, ut librarius pro *nobis* prim. jam. v. *neces ....* scribere voluisse videatur; Leid. K. *vobis* habet pro *nobis*; Bas. III., Guelf. VIII. X. *illis et nobis.* — Erlang, Fabr. I, Guelf. IV, Tegerns. *Nos pro patria. libertate. pro vita*; reliqui *Nos pro patr.*, *pro lib.* cet. — Erlang. hab. nescimus qua librarii negligentia *cum illis supervacaneum est*; reliqui hoc *cum* recte delent; Vinar. II, Acad., Bas. II, Guelf. II. aliique pp. *supervacuum est*; voc. *est* delet Leid. F. — Erl. cum optt. ll. *pugnare propotencia paucorum*; Leidd. E. F. G. K. L., Gruteri plures, Bern. I. II. III, Bas. II. III. IV, Tur. II. aliique

pro potentia paucorum pugnare. — — 12) *Quo — virtutis.* Ll. pll., ut vid., *aggrediamini* sive *adgred.*; seqq. edd. qd. vett. et e recc. Gerlach. aliique; verum rectius tenent *aggrediminj* s. *adgred.* Erlang., plures Cortii, Leidd. praeter G. M. omnes, plerique codd. Gruteri, Wassii, Vat. A. aliique, quos seqq. recc. f. oo.; Ven. II. *adgrediendum*; Guelf. XII. *egrediamini*; Sen. II. *egredimini.* — — 13) *Licuit — exspectare.* Pll. ll. *licuit nobis cum summa turp.*; item Erlang., omissa tamen praep. *cum*; Bas. I. *libuit*; haud. pp., it. edd. qd., *vobis*, ut Leidd. B. C. D. E. G. K., Bas. II. III, Bern. III. IV. et plures Gruteri, Cortii aliique; Vide sub B. — Erl. cum optt. *in exilio aetatem agere*; vulg. *exsilio*; Leidd. F. M., Fabr. I, Eccard., Acad., Inc. I, Franc., Guelf. III. X. aliique *vitam agere.* — Erl. *rome.* — Erl. *expectare*; Eccard., Franc., L. 1. 3, Balliol., it. edd. nn. Ascenss. *spectare*; recte recc. *exspectare.* — — 14) *Quia — decrevistis.* Guelf. VII. *Sed quia illa.* — recc. oo. secund. ll. pll. *intoleranda viris*; Leid. C. *intoleranda vobis*; Erlang. *intollerabilia viris*; Leid. B. *intolerabilia vobis*; abest *vobis* a Guelf. III. — Cod. Glareani vetus, it. Inc. I. II, Guelf. VII. *hoc sequi*; Erl. quoque *decrevistis*, sed prim. *decrevissis.* — — 15) *Si — mutavit.* Erl. cum optt. *Si haec*; edd. nn. Ascenss. *Si hic*; Inc. I. II, Guelf. VII. *Si hoc*; non est pron. in ed. n. Venet. 1471, si vir ille doctus, cui eam hac inde a stropha perlustrandam mandavimus, nos non frustra habet; idem a Cortio deletum eumque h. pp. secutos esse, vix est quod moneamus. — Erl. *vultis*; recte recc. *voltis*, ut exhh. Bas. I, Acad. aliique. — ed. n. Venet. 1471. *nemo enim nisi*; Erlang. *ni* hab., librarii incuria, pro *n* cum puncto inter lineas. — Leidd. C. G., Vin. II, Rem. I, Franc., Inc. II, Guelf. VIII. X. aliique, it. edd. vett. h. pp., e. c. n. Venet. 1471, exhh. male *pro pace bellum mutavit*; Erlang. cum optt. ll. praepos. omitt. — — 16) *Nam — dementia est.* Guelf. VI. *in fugam*; ed. n. Venet. 1471. *in fugas.* — Bas. I. *sperare salutem.* — Erl. cum plerisque omnibus *cum arma quibus*; recc. oo. sec. cod. Merseburg. Rivii *quis*; acced. videtur Leid. H. — Erl. cum optt. ll. *abhostibus averteris*; cod. Merseb. *ab hoste*; Guelf. XII. vv. *ab hostib.* non nisi in marg. hab.; Guelf. IX. *adverteris*; cod. Franc. *animadvertis.* — Erl. cum optt. ll. *ea vero dementia est*; Leidd. E. J., meliores

Gruteri, Guelf. V. *ea vera dem. est*; Leid. D. *summa dementia.* — — 17) *Semper — habetur.* Ll. alii *iis maximum*, ut Leidd. oo., alii *his maximum*, ut compll. Cortii, item edd. vett. nn. oo.; Erlang. *Semper in his proelio maximum*; recc. oo. recte *Semper in proelio maxumum*; secund. Bas. I, Senat. I, Franc., Fabr. I. II, Eccard., Guelf. II. aliosque; *est his qui* habb. Bas. II. III. IV; abest v. *est* a Bern. III. — Erl. *maxime timent. Audatia* cet. — — 18) *Quum — tenet.* Erl. *Cum vos* cet.; edd. f. *Quum vos*; Ven. II. *Quom.* — Erl. cum optt. ll. *et cum facta vestra estimo*; recc. *et quum f. vostra aestumo*; abest *et* a cod. Franc. et aliis tribus Cortii; seq. e nostris ed. illa Norimb. 1823.; Leid. D., Struv., Guelf. VII. VIII. IX. X. XII, Franc., Senat. II. aliique *existimo*; Guelf. XI. *estimo.* — Erlang. cum optt. ll. *magna me spes victorie tenet*; ed. n. Venet. 1471. cum Inc. II. *magna sp. me vict. ten.*; Guelf. VII. VIII, Bas. II. *sp. vict. me ten.*; Guelf. VII. VIII, Bas. II. *sp. vict. me ten.*; Guelf. X. *meae victoriae*; a Rem. II. *me* abest. — — 19) *Animus — facit.* Erl. *Animus. etas. virtus vestra me hortantur*; Barb. V. *hortantur me*; recte recc. *vostra*; abest *me* a Struv.; Leid. J. *postremo* habet pro *praeterea.* — Erl. *fortes*; recc. recte *fortis.* — — 20) *Nam — angustiae.* Abest *hostium* a Rem. II, quod perplac. Cortio. — Leid. D. *nos queat*; Senat. II. *queant.* — Erl. cum ll. pll. *angustie loci*; Cortius *loci* delevit sec. Guelf. III. — — 21) *Quodsi — relinquatis.* Rivii quosdam libros habuisse dicunt *Quodsi forte virtuti vestrae*; ab Erl., it. reliqq. oo., illud *forte* abest; primit. fuisse videtur *virtute* in cod. Erl., nunc est *virtuti*; recte recc. *vostrae*; Fabr. II, Guelf. XI. *nostrae.* — Rem. I, Eccard., Acad. *invidet.* — ll. pll. *ne inulti animam*; it. edd. vett. nn. oo.; alii *inulti ne animam*, alii *inulti animam ne*; at Nazar., Commel., Palat. V, Bas. I, Guelf. II. IV, Leidd. A. B. C. D. L. N., item Erlangensis, conj. *ne* recte omittunt; seqq. recc. oo.; Leid. M. *ne vos inulti*; Leidd. J. K. *vitam* habb. pr. *animum.* — Erl. cum optt. *neu capti potius sicuti pecora*; vulgg. qd. *neve*; edd. nn. Rom. Br. a. 1491. et Ascensiana utraque *neu capiti* cet.; ed. n. Venet. a. 1471. *neu capiti sicuti pecora potius*; abest hoc *potius* a L. 2. Wassii. — vulgg. qd. *cruentam et luctuosam.*

B. Adnotationes.

1) *Verba virtutem non addere, neque* cet. cet. Vide sub A. Vera eodemque simplicissima loci ratio haec est, ut generalis sententia, *qui virtutem non habeant, iis non posse verbis addi, sive verborum animo nullam vim esse ad virtutem excitandam*, orationem in modum explicatius per partes illustretur, quod quum scribae non assecuti essent ac potius oppositionem *fortis* atque *ignavi* requiri putarent, nihil proclivius erat, quam *viris* inserere, praesertim quum *addere* absolute positum non concoquerent. Si vero *viris* in suis exemplaribus invenissent, nullo pacto intelligitur, cur vocem ejecerint. Tenendum autem, sententias non esse adversativas sive contrarias, ut Herzogio visum, sed copulativas; quippe prius *neque* non respondet posteriori, sed, pro *et non* positum, sententiam annectit praegressae, quo fit, ut etiam alterum *neque* negativam sententiam tantummodo adjungat ad priorem. Cet. cet. Kritz.; cf. Catil. II, 3. XI, 3. Infra §. 10. Jug. XXIV, 3. Vertendus ergo locus est: *Wohl weiſs ich, Soldaten, daſs Worte keine Tapferkeit geben, daſs auch ein träges Heer durch die Rede des Feldherrn nicht ein rüstiges, und ein feiges nicht ein tapferes werde:* neque vero cum Herzog.: *Kund ist es mir geworden, Soldaten, daſs Worte bei Männern die Tapferkeit nicht mehren, und daſs weder* —(non leg. *ac neque*)— *aus einem trägen* cet. cet. *noch aus einem feigen* cet. cet. — Cet. cff. vv. dd. e Demosth. περὶ συντάξεως in fine: οὐδέποδ' ὑμᾶς οἱ λέγοντες, οὔτε πονηροὺς, οὔτε χρηστοὺς ποιήσουσιν, ἀλλ' ὑμεῖς cet. —— 2) *Natura aut moribus.* Indole aut consuetudine, exercitio, institutionis atque educationis ratione. Vv. dd. — *tanta.* Nur so viel u. nicht mehr. Fabri. — *patere.* Manifesta, aperta, conspicua fieri oculis omnium, sese ostendere Vv. dd. — *nequicquam hortere.* Frustra hortaberis, admonebis, ad fortia facta provocabis. Vv. dd. — *timor animi.* Jugurth. XX, 1. LVII, 6. — *auribus officit.* Impedit, quominus vel audiantur, vel vim persuadendi habeant hortamina. Kunh. —— 3) *Sed — monerem.* Ὦ Ἀθηναῖοι, δι' ὀλίγου μὲν ἡ παραίνεσις γίγνεται, τὸ ἴσον δὲ πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας δύναται, καὶ ὑπόμνησιν μᾶλλον ἔχει ἢ ἐπικέλευσιν.

Thucyd. IV, 95. in. — *causam consili.* Cur profligendum quam primum cum Antonio censeam. Vv. dd. — — 4) *Socordia atque ignavia Lentuli.* Quippe qui non patravisset, quae ipsi mandata erant. Cf. supra Cap. XLIII. — *Cladem.* Detrimentum. Vv. dd. — *quoque.* Et quo. — *cum ex urbe praesidia opperior.* Vide ad Cap. LVI, 4. 5. — — 5) *Nunc quo loco.* Quo statu, qua conditione, 'Ii, qui cum libris paucioribus *quo in loco* scribunt, recte monent, *in* praepositionem scriptores pedestris orationis haud raro addere, ubi *locus* conditionem et statum significet, ut Caes. B. G. II, 26. 5. — *juxta mecum.* Mecum simul, aeque atque ego. Cf. Plaut. Aulul. IV, 7, 1. cet. Vv. dd. — — 6) *Exerc. h. duo.* Metelli alter, alter Antonii. Cf. LVII, 2. 3. 4. — *unus ab urbe.* Antonii. Vide ad LVII, 4. — *alter a Gallia.* Metelli. Vide ad LVII, 2. 3. — *si maxume animus ferat.* Etiamsi hic vel manere, vel magna itinera faciendo hostem evitare quam maxime cuperemus; cet. Vv. dd. — *frumenti* — — *egestas prohibet.* Cf. Cap. LVII, 1. et 2. ad voc. *difficultate rerum.* — — 7) *Ferro iter aperiundum est.* Item Liv. IV, 28. med. IX, 23. med. Justin. II, 13. 6. — — 8) *Parato animo.* Ad omnia quaeque promto, ad mortem ipsam subeundam parato, omnino aut ad vincendum, aut ad moriendum. Vv. dd. — *decus.* Honorem. Vv. dd. — *in dextris portare.* Gerere, habere, tenere; τὸν 'Ρωμαῖον ἄνδρα προσήκει ἐν τῇ δεξιᾷ τὰς ἐλπίδας ἔχειν, ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ ἀριστερᾷ. Aelian. V. H. XI, 9. — — 9) *Tuta erunt.* Libera ab hoste. Vv. dd. — *commeatus abunde.* Sc. *erunt*, ad quod verbum trahas nec. est substantivum. Vv. dd. — *coloniae atque municipia patebunt.* Coloniae erant vel Romanae, quae jus Quiritium haberent, i. e. jus commercii, testamenti, patriae potestatis, mancipi, nexus: vel Latinae, quae jure Latii uterentur, multis nominibus quam illud circumscriptiore; vid. interprr. ad Suet. Caes. c. VIII. Civitatis autem institutis, ad Romanorum exemplum conformatis, non multum erant diversae. Municipia erant oppida, non a Romanis, colonis deductis, condita, sed quae civitate donata suis legibus suoque jure uterentur, interdum tamen Romanorum jus sequerentur. Cet. Kritz. — — 10) *Sin metu.* Vide sub A. *Sin* ponimus, ubi posterior enuntiatio negans prorsus tollit priorem ajentem, neque conditio prioris membri repetitur. Vv. dd. Cf. Ramsh.

Gr. p. 589. — *teget* — *texerint*. Tuetur cet. Vv. dd. — — 11) *Necessitudo impendet*. Haec verba tantummodo ad *nobis*, non ad *illis*, proprie pertinent; nam Catilinae ejusque sociis solummodo pugnandi necessitas erat, dum illis, Antonii et Metelli militibus, non modo omnia tuta essent, sed facultas quoque pro aliis pugnandi. Vv. dd. — *supervacaneum est*. Supervacaneum est, quod non necessarium, supervacuum, quod abundat et superfluit. Aus. Popma. — *pro potentia paucorum*. Vide supra ad Cap. XX, 7. 8. — — 12) *Adgredimini* Ita legendum esse neque *adgrediamini* ex insequentibus *mem. pr. virt.* patet, in quibus non cohortandi sive optandi, sed jubendi potius vis est. Vv. dd. — — 13) *Licuit vobis*. Vide sub A. Si quis reputet, Catilinam, ut suos odio impleat, non tam de sua, quam de illorum potius condicione dicere debere, et revera dicere *potuistis* — *decrevistis* — *voltis*, ei vulgata *licuit nobis* non satisfaciet, praesertim quum sequatur *quia illa foeda* sc. vobis *videbantur*, *haec sequi decrevistis*, unde clarissime patet, in utraque sententia secundam personam haberi. Ceterum Herzogius bene monuit, hanc enunciationem et sequentem condicionalis sententiae vim habere, in hunc fere modum instituendae: *licuisset* vobis turpiter in exilio aetatem agere, *potuissetis* nonnulli alienas spes spectare, *nisi* illa foeda atque intoleranda viris *visa essent*; eo haec sequi decrevistis. Cet. Kritz. — *potuistis nonnulli*. Ita Latini, ubi nos *Einige von Euch konnten* cet. Vv. dd. — *alienas opes*. Ab alienis possessae. Vv. dd. — — 14) *Haec sequi*. Hunc rerum statum, hoc consilium, haec arma cet. Vv. dd. — — 15) *Si haec relinquere*. Non retinere, si consilium vestrum mutare cet. Vv. dd.; sub *haec* vero non *illa foeda* cet. intelligenda esse, sed ipsa illa *haec*, quae *haec arma*, *hunc rerum statum* cet. valere diximus, satis clarum videtur. Sensus gradationem spirat. Vos, quippe viri fortes, illa foeda cet. non toleravistis ideoque haec arma, hunc rerum statum sequi maluistis. Ea, eum statum, eam rerum conditionem si relinquere, iis, neutiquam per se exoptatis, si liberari cupitis, *audacia* opus est. — — 16) *Arma* — — *averteris*. Ut dicimus *arma vertere* contra sive adversus aliquem pro adgredi, adoriri, petere aliquem, ita dicitur *avertere arma* pro petere fugam, pedem referre, tergum dare; cet. Vv. dd. — *ea vero*. In Wahrheit, fürwahr,

doch wohl! *Vere* bezeichnet stets die *objective* Wahrheit, *vero* dagegen die subjective Ansicht. Cic. Tusc. II, 11, 26. Cet. Herz. — — 17) *Audacia pro muro habetur.* Instar muri est; Ceterum *murus* translate dicitur pro munimentum, praesidium Cet. Vv. dd. — — 18) *Quum vos considero.* Considerare, gr. θεάομαι, est cum quadam animi voluptate ac singulari intentione spectare atque inde conjecturam facere, quid agendum sit, quid consilii ineundum. Cet. Vv. dd. — *aestumo.* Mecum reputo. Vv. dd. — — 19) *Me hortantur.* Ut spem certam habeam, vos victores decessuros esse. Vv. dd. —*necessitudo.* Cf. ad. Cap. XVII, 2. — — 20) *Circumvenire.* Sc. nos. Vv. dd. — *angustiae.* Monent vv. dd., duces peritos, qui copiis fuerint hostibus inferiores, angustias sibi quaesivisse. Cet. — — 21) *Quodsi virtuti vostrae fortuna inviderit.* Victoriam denegaverit. Cf. Flor. IV, 2. Sic quoque *blandiri fortunam hominibus* dicunt. Tacit. Hist. II, 12. Cet. Vv. dd. — *inulti.* Sine hostium detrimento, nulla facta hostium caede. Vv. dd. —*sicuti pecora trucidemini.* Trucidare ist der eigentliche Ausdruck von dem Hinwürgen des Viehes: daher wird es von Menschen nur gebraucht, um ein grausames oder entwürdigendes Tödten derselben zu bezeichnen, u. oft mit Hinzufügung der Ausdrücke *sicut pecora, pecorum modo* cet. Fabri. — *cruentam atque luctuosam victoriam.* De ea re Cap. LXI; cf. Jug. C. XCII, 4. Flor. I, 17. Tacit. Ann. II, 17.

Caput LIX.

A. Lectiones variae.

1) *Haec — instruit.* Erl. *Hec ubi dix. paululum*; edd. qd. vett. male *haec uti*; Ball. *commoratis.* — Erl. cum optt. et pll. *in locum equum deducit*; Eccard. *deduxit*; it. ed. n. Venet. 1471. — Erl. cum pll. *Deinde*; Rem. I. *dehinc*; cod. unus Rivii, Bas. I, Tur. I. *dein*, quos seqq. Cortius, Gerl. aliique. — Erl. cum optt. et pll. *remotis omnium equis*; Leid. A., L. 1. Wassii, Fabr. I, Guelf. V, Tur. II, it. edd. vett. qd. *omnibus equis*; B. Pub. *equis omnium.* — Erlang. cum optt. et pll. ll. *quo militibus exequato periculo*; L. 1. 3. et Ball. Wassii exhh. *pro peditibus*; alii qd., it. edd. nn. vett. oo. f., *quo peditibus*; Arond. *quo militum;* abest v. *militibus* a cod. Polon.; Franc. *exaequato praelio.* — Erl. cum optt. ll.

instruit; Leid. G. *instituit*; Leidd. J. M., alii qd., it. edd. qd., *instruxit*. —— 2) *Nam — collocat.* Erlang. *planicies erat inter sinistros montes*; recte recc. *montis*; abest haec vox a Guelf. IV. VI. — Erl. *et dextram rupe aspera*; omitt. cop. *et* Guelf. IV.; acced. Markii λ., modo praep. *ad* ante *dextram* posita; alios *dexteram rupem asperam*, alios *dextera rupem asperam* habere, testis est Gruter.; accedd. Paris. B., Leid. N.; h. pp. exhh. *ab dexteris rupes aspera*; pll. tenent *ab dextera rupe aspera*, ut Fabr. I. II, Senat. I. II, Franc., Bas. I. III, Rem. I II, Acad., Inc. II, Struv., Heuss., Guelf. praeter I. omnes, Leidd. E. J. K. L, Reg. Wassii, aliique; Gerlach. aliique unde noverint, Leid. E. a m. sec. habere *rupes asperas*, nos equidem nescimus; h. pp. habb. *ab dextera rupes aspera*, ut L. 2, Pemb, Markii γ., Fulvii liber, aliique; alii *a dexteris rupes aspera*, ut Leidd. B. C. et plq. Manutii; alii aliter locum turbant, ut Leid. H., in quo est *ab dextera parte obsistente rupe aspera*; B. Pub. *et ad loca rupis aspera*; e recc. primo Bipontini, tum Kritzius dederunt *ab dextera rupis aspera*. Vide sub B. — recte recc. *octo cohortis*; Erl. *cohortes*; qd. *cohorteis*. — Erl. cum optt. ll. *in fronte constituit*; Leid. M., Guelf. I, Franc. *in frontem*; Leid. F. *instituit*; cod. Pemb. Wassii *in prima fronte const.* — Erlang. cum pll. *reliquarum signa*; h. pp. *reliquorum*; Gruter., Wassius, Haverkamp., Cortius, multi alii, qb. inter est Kritzius, *reliqua* s. *relicua*, ut esse videtur solis in Leidd. A. B. C. D. F. H. M. — Erlang. cum optt. ll. *insubsidio artius collocat*; it. Leidd. J. M., Reg., B. Publ., Mark. γ. λ., Fabr. I. II, Bas. I. II, Inc. I. II, Franc., Senat. I. II, Acad., Vinar. II, Eccard., Struv., Heuss., Guelf. omnes praeter VI. VII. VIII, it. edd. vett. qd.; reliqui *in subsidiis*, quos seqq. edd. vulgg. —— Erlang. cum optt. et pll. ll. *artius collocat*; Mark. γ. *locavit*; B. Pub. *collicat*. —— 3) *Ab his — dicebatur.* Leid M. *longe ab his*. — Erl. cum optt. ll. *omnes lectos et evocatos*; seqq. recc. oo., modo *omnis* recte scribentes; alii *electos et vocatos*, ut ed. n. Venet. 1471; alii *electos advocat et evocatos*, ut Leid. D., alii *electos et evocatos*, ut Leidd. G. M.; alii aliter h. vv. turbant, ut Leid. H., in quo est *electos evocat*; et Struv., in quo est *electos evocatos*. — Erl. cum ll. plq. oo. *eptimum quemque armatum*; recc. *optumum*; libri

qd. Oxonienses, it. edd. qd. vett., exhh. *optime*; at v. *armatum* abest a Guelf. V. — Erlang. *et* — (quae vox in nullo alio esse videtur) — *G. mallium indextra. fesulanum quendam*; recc. oo. *C. Manlium in dextra, Faesulanum quemdam.* — Erlang. *Ipse cum libertis et coloniis*; alii aliter locum turbant; sunt qui habeant vel *liberis*, vel *libertinis*, neque desunt, in qb. app. *colonibus*, multis aliis cum Erlang. tenentib. *coloniis*; recte recc. *Ipse cum libertis et colonis.* — Erl. cum ll. h. pp., ut Leidd. G. H. M., Arond., L. 1. 2, Vinar. II, Bas. II. III, Rem. I, Inc. I. II, Struv. aliique, *prope aquilam assistit*; reliqui *propter*, quos seqq. edd.; Leid. G., Pal. III. *consistit*; Guelf. IX, Inc. I, Rem. I. aliique *adstitit.* — Leid. M. *in bello.* — Erl. *cymbrio. G. marius in exercitu dicebatur habuisse*; edd. pll. sec. codd. pll *Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur*; Guelf. III. *in exercitum*; Guelf. V. *exercitu* sine *in*; Fabr. I. II. *hab. in exerc. dic.*; Bas. II. *hab. fertur;* alii aliter. — — 4) *At* — *permittit.* Erl. cum optt. *At ex altera parte*; cod. Ball. et edd. nn. Ascenss. praep. *ex* omitt.; Fabr. II, Sen. II, Heuss. *in altera p.*; Rem. I. *in ex altera p.* — Erl., ut sol., *G. antonius*; Leid. G., Guelf. XII. *Consul Antonius*; Leid. G. *Consul C. Antonius*; Vinar. II. *Gajus Consul Antonius.* — Erlang. *quod bello*; item Guelf. IV. V, Bern. II; Leid. M. *qui proelio*; in comment. s. Valla *in proelio*; utramque vocem omitt. Guelf. III; reliqui *quod proelio*, quos seqq. edd. — Erl. *M. petreio.* — — 5) *Ille* — *certare.* Guelf. VI. et Mark. λ. *Ipse.* — Erl. *cohortes*; recte recc. *cohortis*; qd. *cohorteis.* — edd. nunc f. oo. *tumulti*; ll. plq. oo. *tumultus*, praeter Leid. L., ut vid., et Tur. I. a m. sec.; cit. *tumulti* Nonius Marc. — Erl. *causa*; edd. Ascenss. nn. *cause*; recc. f. *caussa.* — Erl. cum ll. l. pll. *in fronte. post eas ceterum exercitum in subsidiis locat*; Non Marc. l. l., sc. VIII, 50, citat *in frontem positas* — — *subsidio locat*; Leid. M., Franc. aliique perpp. *in frontem*; Guelf. IV. et Arond. *postea*; Leid. M. et Frank. *reliquum* pro *ceterum*; Franc., Guelf. IX, Leid. M. *in subsidio*; codd. Ball. Bodl., Bas. III, Tur. I. *collocat.* — Fabr. I. II, Vinar. II, Sen. I, Guelf. V. *circuiens*; it. alii qd.; ed. n. Venet. a. 1471. *ipse equo currens.* — Guelf. III. et cod. Ciacconii *quemque* habb. pro *unumquemque.* — Erl. *appellat. hortatur. rogat.*

uti cet.; item ll. optt. qq.; qd. *appellare*; abest *rogat* a Leid. C.; alii multi *uti*, alii h. pp. *ut*; neutrum est in Vatic. VI. — Erlang. *latrones. inermes. pro patria. pro liberis. pro aris atque focis suis certare*; cod. vet. Ursini *inermos*; recc. recte *inermis*, ut est in Tur. II; Leidd. G. N. *pro libertate, pro liberis*; vv. *pro aris* abss. a Leid. M.; abest ab edd. vett. qbd. *suis*; liber Bongars., item Bern. III. *cernere* habb. pro *certare*; lib. Thosan. *decernere*. — — 6) *Homo — accendebat.* Erlang. *quod amplius XXX annos*; it. edd. vett. nn. oo.; Guelf. IX. *amplius quam annis XXX.*; etiam Inc. I. II, Vinar. II, Franc., Guelf. VII. VIII. et Leid. D. *annis*; Leid. M. *annis triginta*; Leidd. G. K. *qui amplius* cet. — repetitio textus Cortiani Norimb. 1823. omitt. vv. *aut praefectus*. — ed. n. Venet. 1471. *gloria magna*. — Cortius, et qui eum seqq., omitt. vv. *in exercitu* sec. Guelf. XII, in quo ab initio non erant. — pll. ll. *plerosque ipsos factaque eorum fortia noverat*; in aliis alius est verborum ordo; Erlang. *plerosque ipsos. forciaque corum facta noverat*; Guelf. I. *pleros ipsos* cet.; Leid. M., it. ed. n. Venet. 1471. *plerosque ipse*; Guelf. III. *fortia factaque eorum nov.*; Bas. II. *aut facta eorum cognoverat*; etiam in Franc. cod. est *cognoverat*; Leid. K. non hab. vv. *eorum fortia*. — Erl. sol. *Ea vero commemorando militum animos accendebat*; reliqui non habb. *vero*; h. pp. male *memorando*, ut Franc.; Guelf. V. *multum alios acc.*; Fabr. II. *accenderat*; Leid. K. *incendebat*.

B. Adnotationes.

1) *Signa canere jubet.* Tubicines nempe atque cornicines suis instrumentis *signa dare* et praeparationis ad pugnam et profectionis consueverant. Cortius; repp. vv. dd., adduntque plerique omnes, dictum esse *signa canere* jubet vel pro *tubicines signa canere jubet*, vel pro *signa cani jubet*; sc. *a tubicinibus*. Rem luce ipsa clariorem reddidit Kritzius. „Structurae insolentia, inquit v. cl., in eo potius versatur, *quod Romani* brevitatis caussa, cui in dictionibus militaribus maxime studebant, *tubicines*, canendi auctores, *non curantes, signum ipsum*, quod canendo dabatur, *pro primaria re haberent*, quae per se sonum ederet. Eo factum, ut in ista structura *canere* intransitivam, quam dicunt, potestatem accepe-

rit, quod clarissime patet ex iis locis, ubi verbum non a *jubere* pendet, velut Liv. I, 1, 7. XXVII, 47, 5. XXIV, 15, 1. Caes. B. Cic. III, 92, 4. Quae exempla docent, non eam esse constructionis rationem, ut, ubi verba a *jubeo* pendeant, accusativus subjecti supplendus sit, *signa* vero objecti locum, a verbo *canere* apti, teneat, sed legitimam obtinere accusativi cum infinitivo constructionem, quippe in qua *signa* accusativus subjecti sit. Aliter Herzogio visum, qui *signa*, *signum*, *classicum* ubique pro objecto habet, verbo ab omissa tubicinis persona aptum esse censens, quod ei non possumus concedere, tum ob caussas supra expositas, tum quia Latini, ubi *signa* ad indefinitam ejus, qui sonum excitabat, personam referre volebant, infinitivo passivi, non activi utebantur; Caes. Bell. Civ. III, 82, 1. *classicum apud eum cani jubet.* Quae constructio ut institui nequit, quin de persona cogitetur, ita patet, diversam esse ab infinitivo activi. Praeterea Romani interdum etiam plane nostro modo locuti sunt, ut Liv. XXIV, 46, 6. Noster Fragmm. Hist. I, n. 38. Jug. XCIX, 1." — *instructos ordines.* Centurias, manipulos, i. e. milites suis ordinibus dispositos. cet. Vv. dd. — *in locum aequum deducit.* Sc. e monte, in cujus radicibus Q. Metellus sedebat, Catilina copias suas, ad pugnam paratas, retro contra Antonii exercitum duxit. LANG. — *remotis omnium equis, quo m. exaeq. per. an. ampl. esset.* Cf. Caes. B. G. I, 25, ubi: „Caesar primum suo, deinde omnium remotis equis, ut, aequato omnium periculo, spem fugae tolleret, cohortatus suos proelium commisit." Liv. II, 20. III, 60. Tacit. Agr. 18. — *ipse pedes.* Liv. XXVIII, 9. *etiamsi pedes incedat.* Ibid. med. *illum equitem ajebant transcurrisse.* Cet. cet. Est nimirum *pedes*, *eques*, *ales* (cf. Ovid. Met. II, 714.) his aliisque locis *appositio*, quae, qua ratione substantivum et verbum contineatur, accuratius definiat. Vd. dd. — *pro loco.* J. e. ut locus suadebat, concedebat, jubebat. Vv. dd. — — 2) *Nam, uti planities erat inter sinistros montis et ab dextra rupis aspera, octo cohortis in fronte constituit.* Vide sub A. Sensus est: *quanta planities erat inter montes a sinistra et rupis aspera* (sive *rupes asperas*) *a dextra manu, tantam occupari jubet a militibus octo cohortium:* aut: *cum planities, quae erat inter sinistros montes et dextras rupes, quamque, ne circumveni-*

retur, earum angustiarum causa elegerat, non sufficeret ad amplius quam octo cohortium milites capiendos, hos, circiter tria millia virorum fortium, in fronte constituit. Illi enim, qui, vel *rupes aspera* legentes, vel *rupe aspera*, in priore lectione Sallustianam consuetudinem mutandi constructiones conspiciunt, posteriorem vero ita interpretantur, ut *aspera* aut cum *rupe* conjungant, aut ad *planities* trahant, a sensu vero aberrasse videntur, sive cum Herzogio vertant *denn, da zwischen den links gelegenen Bergen eine Ebene war, und zur Rechten ein felsig rauher Boden* cet., sive cum aliis *denn, wie die Ebene links von Bergen begrenzt, rechts aber ein rauher Fels war,* cet. Itaque, codicis quoque B. Publ. ratione habita, cum Bipontinis et Kritzio scribendum censemus *rupis aspera*, eodem modo, quo Noster scripsit *inter laeva moenium et dextrum flumen Turiam.* Fragmm. Hist. II. N. 12. cet. et Liv. XXVII. 18, 10. *per tumuli obliqua.* XXVIII, 20, 3. *per inaequaliter eminentia rupis.* Cet. cet.; acced. Fabri, qui, legens *rupe aspera*, voc. *aspera* pro accus. plur. habet. — *reliquarum signa.* Vide sub A. Sic saepius *signa* dicuntur pro *manipulis* s. *centuriis.* Cf. Liv. VIII, 9. XXVII, 14. XXVIII, 14. Tac. Hist. III, 2. Agr. 18. Liv. XXX, 11. XXIX, 28. Vv. dd. — *in subsidio artius collocat.* Propterea, quod planities illa non satis ampla ad capiendos duarum legionum milites esset, pauciores viros, eosque fortissimos, in fronte, reliquos ob loci angustias arctius quidem sed ita locavit, ut prioribus eo facilius succurrere seque expedire possent. Vv. dd. —— 3) *Ab his centuriones omnis lectos, et evocatos.* Nihil inest difficultatis in loco, modo, meliores codices secutus, *lectos* teneas esse i. q. eximios, praestantes, uti Cap. L, 2. Sensus est igitur: centurionum *praestantissimum quemque* (non omnino omnes) ex subsidio in primam aciem subducit. Cet. cet. Kritz.; *ab* loci vim habet et id. e. q. ab ea parte, ubi subsidium erat. Vv. dd.; *evocatis.* H. l. non sunt ii, qui, expletis stipendiis, non poterant in delectu scribi, sed precibus imperatoris permoti, aut in ejus gratiam militiam resumebant, quique *evocati* κατ' ἐξόχην appellabantur, sed significari h. l. homines videntur, longo usu militiae peritissimi. Vv. dd. — *optumum quemque armatum.* Fortissimum quemque armisque instructum. Non om-

nes enim juste armatos fuisse, ipse Noster enarr. supro LVI, 3. — *C. Manlium.* Vide supra ad cap. XXIV, 2. — *Faesulanum quemdam.* Hominem Faesulis natum, ceterum ignotum. Vv. dd. — *curare.* Negotia ducis obire. Vv. dd. — *libertis.* Ipsius Catilinae aliorumque nobilium, qui in castra Manliana profecti erant. Vv. dd. — *colonis.* Ex ea Etruriae parte, quae militibus Sullanis pro praeda tradita fuerat. Lege supra Cap. XXVIII, 4. — *propter Aquilam.* J. e. *prope Aquilam.* Constat, eam argeuteam fuisse e Cic. or. in Cat. I, 9, 24, ubi: „*aquilam* illam *argenteam*, quam tibi ac tuis omnibus perniciosam esse confido et funestam futuram, cui domi tuae sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit.“ Cet. Aquila semper erat signum legionis, ex argento aurove facta, hastae imposita, alis quidem expansis uncisque fulmen aureum tenens, portata a signifero primae cohortis singulae cujusque legionis. Vv. dd. — *bello Cimbrico.* Illud bellum exortum esse a. u. 650, finitum 652. pugna in campis Raudiis — (Teutonicum 651. pugna ad Aquas Sextias) —, satis notum. Vv. dd. Cf. Plutarch. V. Marii 25. 26. 27. Liv. Epit. 68. Vellej. II, 12. Flor. III. 3. — *C. Marius.* Tum temporis quartum consul. Vide Bell. Jugurth. s. l. —— 4) *C. Antonius, pedibus aeger.* Vide supra ad Cap. XXI, 3. XXVI, 1. 4. Dio Cassius l. XXXVII, 39. testatur, Antonium simulasse morbum, veritum, ne strenue ipsum certantem Catilina probris incesseret, quem socium aliquando conjurationis habuisset. CORTIUS. — *M. Petreio.* Haud dubie idem est vir, qui, bello civili inter Caesarem et Pompejum orto, Pomqeji legatus in Hispania rem fortiter administravit. Caes. B. Civ. I, 38. Cic. ad. Div. XVI, 12, 7. Suet. V. Caes. 75. Bell. Afr. 94. Tum legatus erat Consulis, isque ei, re poscente, imperium ea conditione poterat permittere, ut imperatoris mandata sequeretur. Vv. dd. —— 5) *Ille cohortes veteranas.* Sc. Petrejus. Veterani, quibus tirones opponuntur, sunt, qui stipendi justa vel emeruerint, vel etiam complura fecerint. Vv. dd. — *tumulti causa.* Proprie est tumultus bellum subito exortum, idque vicinum, ideoque Romanis vel Gallicum, vel Italicum. Tum decrevit Senatus, *tumultum esse*, gr. *ταραχὴν εἶναι*. Cic. Philipp. V, 12. VIII, 1. Vv. dd. — *conscripserat.* Ad hoc verbum subaudiendum esse *Antonium* sive *consulem* ex periodo praegressa, sensus docet. Con-

scribere h. l. idem est quam cogere, cum *Veterani* non conscriberentur. Vv. dd. — *in subsidiis.* In, ad subsidium, succurrendi causa, ubi necessarium esset. Vv. dd. — *Ipse equo circumiens.* Sc. Petreius, ut mos erat imperatoribus. Cf. Justin. XI, 13, 6. Vellej. II, 27, 2. Vv. dd. — *latrones inermis.* Sic latronum catervae saepius opponuntur justis exercitibus. Liv. XL, 27. sub f., XXXV, 7. Caes. B. G. VII, 38. Cet. cet. Vv. dd. — *pro aris atque focis.* Vide ad LII, 3. — — 6) *Homo militaris.* Vide supra ad Cap. XLIV, 2. — *tribunus.* cet. cet. Intellige *militum.* Eorum tribunorum primum tres, postea vero sex in quaque legione fuisse videntur, quorumque bini per vices legioni imperitarunt. Similis fuisse videtur nostro *Obrist*, et inferior praefecto (*General*), qui iterum inferior erat legato (*Divisionsgeneral*) et praetori, qui summum in exercitu imperium habebat (*Obergeneral*) Lang. Cf. de ea re Varro L. L. IV. Sueton Octav. XXXVIII. Caes. B. G. III, 17. Vellej. I, 9. et ad hh. ll. Interprr.

Caput LX.

A. Lectiones variae.

1) *Sed — exercitus.* Vocem *ubi* Erlang. inter versus hab., et in Commel. correct. delev. — Erl. *omnibus rebus exploratis*; item Leidd. oo., Tegerns., Bas. I. III. IV, Tur. I, Bern. II, aliique mm.; Cortius sec. Fabr. I. II, Inc. I. II. aliosque pp. *reb omnib. expl.*; Bas. II. *expl. omnib. reb.*; Eccard. *omnib. locis expl.*; aberat prim. *rebus* a Guelf. V. et abest a Bern. I. et Ven. I. — *tuba* non est in Bas. II. et in Erlang. non nisi inter versus. — ed. n. Venet. 1471. *dabat.* — Erl. c. pll. *cohortes*; pp. *cohorteis*; recte recc. *cohortis.* — Erl. *paulatim.* — Leid. E. *idemque.* — — 2) *Postquam — geritur.* Erl. cum ll. plq. oo. *ventum est*; Cortius *est* delev. sec. Guelf. VI. IX; in cod. Guelf. VI. a m. pr. erat *ventum.* — Erl. cum optt. *unde aferendariis*; praep. *a* omitt. Bas. I; contra Guelf. II. et Struv. *afferendarils*; cod. Reg. *bellum* hab. pr. *proelium.* — Erlang. *utrimque maximo clamore cum infestis signis concurrunt*; eodem loco voc. *utrimque* habent Leidd. M. N., Palat. IX. X. XI. aliique; eandem alii post *clamore* locant, ut Venetae et Mart., Ball., Digb.; sed in plq. locum habet ante *concurrunt*, ut in Leid. G., Pa-

lat. VI. VIII, edd vett. nn. oo. praeter Venet. a. 1471, in qua est *utrique concurrunt*; qd. *committi utrimque*; alii aliter; HERZOG. suad. *utrimque pila omitt.*; sed recc. oo. vocem sec. ll. pll. omittunt; iidem recte *maxumo*; praep. *cum* a ll. qbd. male abest; Bodl. et Digb. *infestis cum signis*; Fabr. I. *cum insertis signis*; Leid. M. *corruitur* hab. pr. *concurrunt*, Vinar. II. *occurrunt*, Guelf. IX. et Franc. *concurritur*; alii aliter. — Erl. *Pila omittunt. gladiis res geritur*, neque vero litera *a* in voce *Pila* satis clara; Guelf. VI, Senat. II, Heuss. habb. *comittunt*, Guelf. III. *committunt*, Acad. *obmittunt*; Leid. A. *bellum geritur*; Fabr. I, Franc., Guelf. III. V. X, Tegerns. *agitur res*; Bas. III. IV, Tur. I, Leidd. B. F. H. J. K. M., L. 3, Ball. aliique *res agitur*; L. 1. *igitur*. —— 3) *Veterani — certatur*. Vox *pristinae* non est in Acad. — Fabr. I. II, Senat. I, Bas. I. aliique *comminus*; sequitur CORTIUS. — Erl. cum optt. *acriter instare*; Guelf. II, Bas. II. *inst. acriter*; Vinar. II, it. ed. vet. CORTII, *instabant*; Leid. C. *instant*; Leid. vero. J. *pugnare* hab. pro *instare*. — Erl. *maxima*; recte recc. *maxuma*. —— 4) *Interea — Catilina*. Erl. *catilina*. — Vulgg. qd. *militibus* habb. post *expeditis*. — Abest *acie* a Guelf. III. — Erl. *integros pro sauciis accersere;* item Vin. I, Inc. I, Guelf. II. V. VI. IX. X. XI, Bas. I. II, Bern. I. II. teste GERLACH.; seqq. GERL., KRITZ., FABRI; pll. *arcessere*; ut Leidd. oo., Fabr. I, Vin. II, Acad., Sen. I., Bas. III, Struv., Guelf. I. III. IV. VII. VIII. XII. aliique, Fabr. II. *accessere;* Sen. II, Inc. II, Tur. II, it. edd. nn. Ascens. a. 1509 et 1511. *accersire*. — Erl. cum pll. *multum ipse pugnare*; Bas. I. *multum pugnare ipse*; pron. *ipse* abest a L. 1. 3. et Ball. WASSII et edd. vett. nn. f. oo. — Erl. *hostem sepe ferire*. — Qd. *officia strenui militis et* cet. — Erl. *exequebatur*, sed. litera *s* super litt. *xe* inter versus adscripta. —— 5) *Petreius — aggreditur*. Erl. cum optt. *Petreius ubi videt catilinam*; B. Publ. WASSII *Ex ejus ubi* cet.; qd. *ut vid.* — Erlang. cum optt. ll. *contra acratus erat* et inter versus pro varia lectione *c. quam*; haud. pp. *contra quam r. erat*, ut Franc., Guelf. IX, Leid. K., Bas. III; *ac quam erat ratus* Leid. H.; *ac quam r. erat* Leid. M.; *contra ut r. e.* Leid. G., Vinar. II. et edd. vett. qd. — Erlang. *magna vi contendere*; it. Leidd. B. C. D. E. G, K, Frank., Fabr. I.

Acad., Vin. II, Struv., Guelf. IV. VII. VIII. IX, Tegerns., Bas. III, Tur. II, Bern. I. II, B. Publ., Ball., Digb., Pemb. a m. sec., it. edd. vett. ante CARRIONIS ed. oo.; recc. oo. *magna vi tendere* secund. codd. ceteros oo. praeter Senat. I, Bas. II. IV, in qb. est *intendere,* et Leidd. F. M., in qb. est *maxima vi contendere*; Leid. N. *ac magna vi tendere*; abest *vi* a Struv. prim.; non app. vv. *magna vi* in Guelf. III. — Erl. cum ll. l. pll. *in medios hostes inducit*; praep. *in* non app. in edd. nn. Ascenss. a. 1509 et 1511; recte recc. *hostis*; Leid. A. *adduxit*; Leid. K. et Inc. I. II. *deducit.* — Erl. cum ll. plq. oo. *Eosque perturbatos*; CORTIUS *eos turbatos* secund. Guelf. I, ad quem acced. Leid. N. — Erl. cum optt. ll. *atque alios alibi resistentes*; Fabr. I. *alios aliis res.*; Guelf. X. *alios ibi res.*; qd. habb. dicc. *alis alibi stantes*; PALMER. exh. *alis alibi restantes*; recte recc. *resistentis.* — Erlang. *interff c*, ita quidem, ut inter lit. poster. *f* et *c* literae rasura et super lit. *c* lineola ducta sit. Adsunt erasae literae vestigia, nempe *e* literae. Inde patet, librarium voluisse scribere *interfecit*, correctorem vero emendare *interficit*, quod quidem optt. ll. tenent. et recc. oo. recepp.; habb. tamen *interfecit* Leid. L., Guelf. VI. VII. IX, Vinar. II, Heuss., Tur. I. II. et edd. qd. vett. — Erl. cum optt. et pll. *Deinde utrimque*; Guelf. IV. *dehinc*; Inc. II, Bas. II, Guelf. VI. XI, Bern. I, L. 2. et Norvicc. WASSII, *utrisque*; *utrique* Mark. *y.*; it. edd. qd. vett., e nostris Venet. 1471; vulgg. *utrinque.* — Erl. cum plq. oo. *ceteros aggreditur*; CORTIUS v. *ceteros* omis. sec. Bodleian. et Rem. I; vulgg. *adgr.* — — 6) *Manlius — cadunt.* Erlang., ut sol., *mallius etfesulanus inprimis*, litera vero *i* mediae syllabae vv. *inprimis* inter versus adpicta. — — 7) *Postquam — confoditur.* Guelf. III. *At Catilina postquam*; Vin. II, Acad., Inc. I. II. a m. sec., Bas. I. a m. sec., Heuss., Sen. II, Bern. II. III. *Postquam Catilina*; h. pp. *Postquam — — —videt Catilina*, quos seqq. edd. f. oo.; at in Fabr. I. II, Sen. I, Bas. I. a m. pr., Bas. II, meliorib. Palatt., Commel., Guelf. I. II. V. IX. X. XII, Tegerns. aliisque Nomen nullo loco apparet; quibus noli cum editoribus codicem Erlang. accensere, in quo est clarriss. litt. *Catilina postquam*; cet.; Franc. *Postq. Cat. Faesulas copias vid.*; qd. vulgg. *copias suas*; all. *suas copias*; Bas. IV. *Cat. vid. relictum.* — Erl. cum ll. pll. *se-*

que cum paucis relictum videt, licet in voce *relictum* literae *e* et *c* non satis purae sint; h. pp. *seseque*; ed. n. Venet. *re-lict. cum pauc.*; alii aliter. — edd. nn. Ascenss. *memor hostes incurrit*, omissis omnibus, quae inter *memor* et *hostis* in ll. apparent; Erl. *memor generis atque pristine sue dignitatis*; item ll. l. pll.; seqq. edd. oo. usque ad Cortianam, in qua *suae* omitt.; Fabr. I. et Tegerns. *atque suae priscae dign.*; Inc. I. et Guelf. III. *dign. et virtutis*; Bas. III. *sui generis atque suae prist.* cet. — Erlang. *in confertissimos hostes in-currit. ibique pugnans confoditur*; recte recc. *in confertis-sumos hostis*; Inc. I, Guelf. IV. VII. IX. XII., Bas. IV, Bern. II. *inter confert*; Leid. A. *concurrit*; Acad. *ubique*; Guelf. I. *ubi*; Inc. I. *pugnando*.

B. Adnotationes.

1) *Rebus omnibus exploratis.* Sc. Quae hostem attinge-rent, quaeque scitu opus erant, priusquam pugna committere-tur. Lang. — *tuba signum dat.* Non ut quisque suo se loco praepararet, sed, ut bene praeparati procederent, progrede-rentur adversus hostem. Vv. dd. — *paulatim incedere jubet.* Als Petreius das Zeichen zum Angriffe hatte geben lassen, fügte er den Befehl hinzu, dafs die Cohorten langsamen Schrit-tes vorrücken sollten. Das nicht gehörig beachtete *paulatim* hat einige Herausgeber veranlafst — (Gruter. Cort. all.) —, *jubet* für unpassend zu erklären. Fabri; cf. Caes. B. Gall. II, 26. III, 19. Liv. X, V. — — 2) *Unde a ferentariis proelium committi posset.* „Ferentarii equites hi dicti, qui ea modo habebant arma, quae ferrentur, ut jaculum. Hujuscemodi equi-tes pictos vide in Aesculapii aede vetere, et ferentarios ad-scriptos.“ Varro L. L. VI, 3. „Ferentarii — — levis ar-maturae pugnatores, ita appellati, quia fundis et lapidibus pu-gnabant, quae tela feruntur, non tenentur.“ Festus sub v. *Fe-rent.*; id constare videtur, fuisse *Ferentarios* e genere mili-tum levis armaturae, ut *funditores*, *jaculatores*, *sagittarii*, *tragularii*, *balistarii* cet. Cf. Tacit. Annal. XII, 35. — *cum infestis signis concurrunt.* Cum signis in se invicem directis. Contra est *signa vertere* i. q. fugere. Cet. cf. Caes. B. G. VII, 71. Liv. I, 25. Vide etiam Caes. B. Civ. III, 92. Vv. dd. — *pila omittunt*, *gladiis res geritur.* Id saepe in pugna

atroci factum esse, docent Caes. B. G. I, 52. VII, 88. Liv. X, 39. Vv. dd. — — 3) *Veterani.* Lege Cap. LIX, 1. 2. 3. — *cominus acriter instare.* Singulus singulum petere, ferire. Vv. dd. — *illi.* Exercitus Antonii. — — 4) *Cum expeditis.* Cum levis armaturae militibus, qui in proelio primi erant. Vide ad §. 2. Cf. Jugurth. XLVI. sub f. ubi: *ipse cum expeditis cohortibus, item funditorum et sagittariorum delecta manu apud primos erat.* — *laborantibus succurrere.* Laborare wie πονεῖν de iis, qui ab hostibus in proelio urgentur. Xenoph. Cyrop. I, 4, 21. οἱ πολέμοι, ὡς ἑώρων πονοῦντας τοὺς σφετέρους. Herz.; Cf. Thucyd. I, 49. τὸ δέξιον κέρας ἐπόνει. — *versari* — *succurrere* — *accersere* — *providere* — *pugnare* — *ferire* — *exsequebatur.* Attendant lectores ad rapidum orationis flumen, quo Catilinam promtissime agentem velut corripi videmus. Plures infinitivi eleganter excipiuntur verbo finito *exsequebatur*, in quo legentis animus acquiescit. Kunh.; *integros.* Recentes, *sauciis.* Defessis, defatigatis. Vv. dd.; *multum ipse pugnare.* Cf. Flor. IV, 2. 50. ubi *multus in eo proelio Caesar fuit, mediusque inter imperatorem et militem.* Vv. dd.; *ferire.* Caedere, vulnerare, obtruncare. Vv. dd.; *strenui militis et boni imperatoris.* Consiliis dux, miles manu. Vellej. II. 18. — — 5) *contra ac ratus erat.* Auch *atque*, st. *aliter ac* etc. und *quam.* Cic. pr. Cluent. V, 12. *contra quam fas erat.* Liv. XXX, 10. *contra quam in navali certamine solet.* Cet. Herz. — *tendere.* Pertinaciter contendere. Donat. ad Terent. Eunuch. IV, 1. 12. — *cohortem praetoriam.* Ab eo dicta — (est cohors praetoria) —, quod *circa* ducem essent ab eoque non discederent, lecti ex omni exercitu virtutisque spectatae. Id institutum profectum esse a P. Scipione, auctor est Festus, etsi simile quid de Postumio Dictatore jam narret Liv. II, 20. Cet. cet. Cortius; Livii l. l. verba sunt: „Dictator, Postumius, *cohorti suae*, quam delectam manum praesidii causa circa se habebat, dat signum.“ Id factum est a. u. 255. Posterioribus temporibus, praes. sub imperatoribus, duces circa se plures cohortes praetorias habuisse, pll. ll. probant. Cf. Tacit. Hist. III, 55, „Vitellius cum quatuordecim praetoriis cohortibus.“ Cet. cet. — *in medios hostis.* In mediam aciem hostium. Vv. dd. — *utrimque, ex lateribus.* Perruperat enim mediam hostium aciem eamque dis-

ruptam ab utraque parte transversam aggreditur. Lang. — — 6) *Manlius et Faesulanus.* Ille in dextro, hic in sinistro cornu curans. Cf. supra ad Cap. LIX, 3. — *in primis pugnantes.* Verborum vim non cepit Cortius, non tam locum, ubi pugnaverint, quam tempus et ordinem quo occubuerint, significari censens — (vocc. *in primis*) —. Neutrum verum est; nam *in primis* ad *pugnantes* pertinens idem est atque *inter fortissimos*, inter *primos pugnantium.* Cet. cet. Kritz. — — 7) *Seque cum paucis relictum.* Reliquum, s. potius desertum. Vv. dd. — *memor generis atque pristinae dignitatis.* Vide supra ad Cap. V, 1. – *confertissumos.* Densissimos. Vv. dd. — *pugnans confoditur.* Illud *pugnans* cum vi repetitur, in summam laudem Catilinae. Thucyd. II, 41. extr. *μαχόμενοι ἐτελεύτησαν.* Müller.

Caput LXI.

A. Lectiones variae.

1) *Sed — Catilinae.* Guelf. X. *Sed non solum pugnando apparuit, quanta audacia et quanta vis animi fuerit in illis, etiam confecto proelio;* vulgg. qdd. *tunc vero*; Erl. *audacia quantaque animi vis;* item optt. et pll.; *que* erasum est in Bas. I. IV, Tur. II, proque ea voce hab. ed. n. Rom. Br. 1494. *ve*, scil. *quantave*; exhh. *vis animi* Bas. I, Bern I. II. III, it. edd. vett. qd.*; animi* non nisi inter versus est in Fabr. I. et Guelf. XII; Guelf. IX. hab. *animi virtus*; abest *fuisset* ab Eccard.; pro eo Bas. II. exh. *esset*; Tur. I. *animi fuisset vis.* — Erl. *catiline.* —— 2) *Nam — tegebat.* Erlang. cum optt. et pll. ll. *Nam fere quem quisque vivus pugnando ceperat. eum amissa anima corpore tegebat*; Vatic. VI. *Nam vivus forte quisque suum locum, quem pugnando ceperat*; in ll. h. pp. *vivus* suum loc. hab. ante *ceperat*, ut in Leid. K., Fabr. I. II, Guelf. IV, V, Tur. I, Med. XII. et Vat. V, in quo est *locum pugnando vivus cep.*; in aliis est *vivus loc. cep.*, in aliis *ceperat vivus*, ut in Guelf. IX; in aliis *vivus quisque,* ut L. 1. 3. et Reg. Wassii; in aliis aliter; Tegerns, Bern. II. *locum unius*; Leid. M. et Franc. *in viis* habb. pro *vivus*, et Senat. II. *nimis.* Propterea et quod haec vox a Guelf. XI. et Vatic. I. abest, eam Cortius et Gerlach. delent; cod. Eichh. *vivus acceperat.* — Guelf. XII. *emissa anima.* — — 3) *Pauci*

— *conciderant.* Erl. cum ll. f. oo. *quos medios cohors praetoria*; Cortius, quod esset in Acad. *medius*, in Fabr. I. rasura, vocem *medios* omisit; item Herzog. et Gerlach., qui tamen in Comment. vocem ait se invito excidisse; ed. n R. Br. 1494. hab. *quos medios cohors praetorios*; Bern. II. *disjecerat medios.* — Erlang. cum optt. qhq. ll. *paulo diversius. Sed omnes tamen adversis vulneribus conciderant*; ll. plq., edd. vett. f. oo., *diversius jacebant*, ut Guelf. VIII. IX, Bas. IV, Bern II, Leidd. D. N., L. 1. 2. 3, Arond., Ball. ceterique Wassii; plq. *diversi a suis*, ut Leid. A., Rem. II; *diversius erant* Rem. I; *diversi jacebant* Inc. II; *diversius occubuerant* Tur. II; *diversi a suis jacebant* Guelf. VII; Guelf. VI. *Sed omnes tamen omnes adversis*; primit. *sed* non erat in Guelf. I; Fabr. II. *aversis*; Leid. M. *inciderant*; Inc. I, Guelf. VI. *ceciderant*; recte recc. *advorsis volneribus.* — — 4) *Catilina — retinens.* Erlang. cum ll. optt. *repertus est, paululum etiam spirans, ferociamque* cet.; *est* om. Rem. I; pll. *paullulum*: sed edd. vett. plq. oo., it. codd. h. pp., ut Fabric. Gruteri, Leidd. D. E. F. aliique *paulum* sive *paullum*; eaedem edd. atque ll. scrr. h. pp., ut Leid. M., *etiam adhuc*; alii *adhuc etiam*, ut Bodl.; alii *etiam tum*, ut Leid. H.; Bodl. et Leid. D. *suspirans*; Mark. γ. *respirans*; Leid. G. *aspirans;* Cort. cop. *que* omitti jubet sec. Inc. I. II. et Guelf. XII; codd. qd. *ferocitatemque*, ut Leidd. K. M; recc. recte *voltu.* — — 5) *Postremo — captus est.* Ed. n. R. Br. a. 1494. *praelio: neque in fuga quicquam.* — Erl. cum ll. plq. oo. *captus est*; Inc. I. *est captus*; abest *est* a Rem. II; inde delev. v. Cortius. — — 6) *Ita — pepercerant.* In textu hab. cod. Erlang. *Ita cuncti sue hostium juxta pepercerant;* inter versus voces adscriptae sunt, nimirum *vite* super *sue hostium*, atque *que* sub fine vocis *hostium*, unde fit *suae vitae hostiumque*, quomodo est etiam in ed. n. Venet. 1471; reliqui fere *suae hostiumque vitae*, quos seqq. recc.; *que* abest a Guelf. IV. et v. *vitae* Fabr. II. non nisi in margine hab. — — 7) *Neque — discesserat.* Erl. *pp. r. letam aut incruentam*; Inc. I, Rem. I, Acad. *atque.* — Erl. cum plq. *adeptus erat*; seqq. edd. pll.; Inc. I. II, Fabr. II, Leidd. A. B. D. G. H. *ad. est*; Struv. *ad. fuit*; edd. nn. Ascenss. *adeptus. nam est*; reliqq. vett. f. *ad. est*; Cort. voc. delev. — pro *aut* occ.

hab. *ac ut occ.*, Guelf. VI; Guelf. X. vero et Inc. I. *aut ceciderat.* — pro *in proelio*, quae vv. abss. a Leid. K., exh. Acad. *in bello.* — pro *graviter*, quae vox abest a Leid. M. et cod. Francii, exh. *gravior* Leid. K. — Erl. *discesserat*, altera litera *s* inter lineas adscripta. — — 8) *Multi — cognoscerent.* Erl. *e castris*; item alii multi, sive *ex c.*; ut Leidd. A. C. D. F. G. H. J., Bas. I. II. (III. Gerl. teste), Rem. I. II, Vinar. II, Acad., Struv., Heuss., tres Guelferbb., Bern. I. II. aliique; reliqui f. *de castris*, quos seqq. recc.; Bas. IV. *qui enim castris*; Tur. II. *ad ea castra.* — Erl. *visendi aut spoliandi gratia*; item l. pll.; recte recc. *visundi*; Inc. I. et Struv., it. ed. n. Venet. 1471, *videndi*; Guelf. XII. *vincendi*; Guelf. III. V. *spoliandi caussa*; Acad., Inc. II. *visendi aut gratia spoliandi.* — Erl. *uouentes hostilia cadavera*, sed super syll. *uou* litera *l* inter versus adpicta, quo fit *volventes*; Leid. D. *hostium cad.* — Erlang. cum ll. optt. *amicum alii. pars hospitem. aut cognatum reperiebant*; Bas. I. *amici alii hospitem*; Guelf. IV. *hospites*; Bas. II. *partes hospitem*; Guelf. I. *amicum aliu.. pars hospitem*; Leid. J. *alii hospitem*; alii aliter; Guelf. VI. *reperibant.* — Leid. A. *Fuere autem.* — Erl. cum optt. *cognoscerent*; Leid. A. F., Bas. I. III, Struv., Guelf. III. X, Bodl., Mark. λ., Pemb. aliique *recognoscerent*; Leid. D. *cognoverant.* — — 9) *Ita — agitabantur.* Erlang. *itauarie per omnem exercitum. letici ameror. luctus atque gaudium agitabantur.* Item Guelf. XII. et edd. qd. vett., e nn. Venet. 1471, quae tamen hab. *ita variae* pro *varie.* Reliqui fere *gaudia.* At Senat. II. et. Heuss. *laetitiam, moerorem, luctum atque gaudium agitabant.* Jubet Gruterus *agitabantur* deleri.

B. Adnotationes.

1) *Sed confecto proelio.* Id proelium commissum esse quinto Januarii die a. ab u. c. 691, Junio Silano et L. Licino Muraena consulibus, satis constat. — *tum vero.* Synon. tunc demum, tunc tandem. Cf. Liv. XL, 40. — *cerneres.* J. e. cernere licebat. Cf. Zumpt. Gramm. p. 395. Vv. dd. — — 2) *Quem quisque — — tegebat.* Quisque fere eodem loco ceciderat, quo in loco steterat, h. s. v., tergum nullus verterat, pugnantes omnes ceciderant. Citt. vv. dd. Flor. IV, 1, 11. ubi *quem quis in pugnando ceperat locum, eum omissa anima*

corpore tegebat: et Justin. III, 9, 10. ubi: *adversis vulneribus omnes loca, quae tuenda a ducibus acceperant, morientes corporibus texerunt.* — — 3) *Quos medios coh. praet. disj.* Vide sub A.; Nostro loco *medios* non est *in media acie*, vel *in medio collocatos*, uti Tellero, Dahlio, Langio et Gerlachio visum, sed, cum *disjecerat* conjunctum, valet: quos cohors praetoria *medios perruperat* disjeceratque, vel, quos coh. pr. *media acie perrupta* disjecerat. Vides igitur, non otiosum esse *medios* vocabulum, sed ad vim fortitudinemque cohortis praetoriae declarandam pertinere, simulque *disjecerat* accuratius definire, siquidem non omnes, qui disjiciuntur, etiam medii disjiciuntur. Cet. Kritz. — *paulo divorsius.* locis paululum diversis Vv. dd. — *sed omnes tamen.* Non languet vox *Sed* neque accusandus ob eam Noster est πλατύτητος, latitudinis, quod volunt vv. qd. dd., quibus voces *omnes tamen* sufficere videntur. Insignis enim adversativa hac particula orationi gravitas illata est. Vv. dd. — *advorsis volneribus.* J. e. vulneribus adverso pectore — (scr. *corpore*) — acceptis. Dahl. — — 4) *Longe a suis.* Cf. Cap. LX, 7. J. e. longe ante suos, in mediis fere hostibus. Laudd. vv. dd. Vellej. Pat. II, 35. s. f. ubi: *fortissime dimicans* — (Catilina) —, *quem spiritum supplicio debuerat, proelio reddidit.* — *paululum etiam spirans.* Es ist *etiam* hier unser *noch*, aber nicht *etiamnum* oder *adhuc*, sondern in logischer Verbindung mit *paullulum* entsprechend unserm *sogar.* Es ist also — — signum quasi admirantis, Catilinam adhuc spirasse, quum tantis occubuisset laboribus. Herz. — *ferociamque animi* cet. cet. Dicitur *ferocia* de virtute efferatiore. Cf. Hertel. ad Tacit. Agr. c. XI. extr. Laudd. Vv. dd. Flor. I, 18. ubi de Romanis in pugna adversus Pyrrhum interfectis haec legg.: „omnium vulnera in pectore, quidam hostibus suis immortui, omnium in manibus enses et relictae in vultibus minae, et in ipsa morte ira vivebat." et vers. Silii Ital. XIII, 732. „Fronte minae durant et stant in vultibus irae": nec non Vellej. Pat. II, 27, 3. „victoris magis quam morientis vultum praeferens." Ceterum enarrat Dio Cass. XXXVII, Catilinae caput, quo omnis civium metus in gaudium verteretur, ab Antonio Romam missum esse. — — 5) *Postremo.* Hic, ut saepius, vide supra Cap. XIV, 6, i. q. *ut paucis complectar.* Vv. dd. — *quisquam civis inge-*

nuus. Sc. ex exercitu Catilinae. Cf. supra Cap. XXXVI, 4. 5. —— 6) *Ita cuncti —— pepercerant.* Ita nulli; cet. cf. supra cap. II, 8. XXXVII, 8. Sensus est: tam parum suae vitae, ideoque aeque parum hostium vitae pepercerant. Vv. dd. —— 7) *Laetam aut incruentam victoriam.* Mehrmals mit Negationen verbunden, *neque*, *haud*, weil der Leser im Falle eines Sieges das Gegentheil erwarten könnte, nämlich, daſs der Verlust des Siegenden unbedeutend sey. Vellej. II, 21, 6. Just. XVIII, 1. Liv. IV; 17. Cet. cet. Herz. — *strenuissimus.* Tacit. Hist. IV, 59. Agr. 39. ead. forma leg.; cf. Zumpt. §. 106. A. Ramsh. p. 67. Vv. dd. — *discesserat.* Vide supra ad cap. XLIX, 2. —— 8) *De castris —— processerant.* Vide sub A. Aliqua —(*librorum*) — pars *e* vel *ex* castris, quod non minus quidem probum, sed tamen *de* praepositionis interpretatio est. Scribae enim ignorabant, *de* etiam adhibere ad motum, qui ab aliqua re fit, significandum. Cf. Curt. VIII, 1, 51. *de convivio exire.* Cet. cet. Kritz. secund. Cort. — *visundi-gratia.* Visere steht hier passend, um das sorgfältige, mit Interesse an dem Gegenstande verbundene Sehen, das Besichtigen auszudrücken. Cet. Fabri. — *processerant.* Intell. aliquod temporis post pugnam finitam. Vv. dd. —— 9) *Laetitia, moeror, luctus atque gaudia.* Lege quae nott. ad cap. XLVIII, 1. de vv. *gaudium* et *laetitia.* Cicero *luctum* et *moerorem* Tusc. IV, 8, 18. ita distinguit, ut *luctum* dicat esse *aegritudinem ex ejus, qui carus fuerit, interitu acerbo*; *moerorem* vero *aegritudinem flebilem*, i. e. quae flendo cernatur in lacrimasque erumpat. Haud dubie igitur moeror luctu gravior est. Cet. cet. Kritz — Post eam victoriam Antonium, quamvis caesorum hostium numerus non ita magnus esset, imperatorem salutatum, Romaeque a civibus bonis togas receptas esse, notissimum est. — Wir aber *theilen* als Leser an dem Schlusse des ganzen Gemäldes die wehmüthig bittre Empfindung, von der wir Sallust durchdrungen fühlen, und vergegenwärtigen ihn uns, wie er von der schroffen Höhe der kalten Reflexion im Beginn seiner Erzählung zu den sanften Gefühlen eines gerechten Bedauerns jenes tragischen Ausgangs herabgestiegen. Herzog.

F I N I S.

Typis J. G. FLEISCHMANN. (Residenzstraſse Nro. 7.)